

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epigrammatum loan

Owen, John

Amstelodami, 1669

urn:nbn:de:bsz:31-101098



Per Lissam sive.

511

11 Joh. Owen Audoenar, f 1628.

Umg. lib. A. Lond. 1612. 8. 362.

21 -- Augs. Bas. 1642. 12. 400.

31 -- Herksp. 1658. 12.

41 -- Amst. 1669. 8. [in gegenwärtigen]

51 -- Oson. 1670. 8.

61 -- Utrecht. 1694. 12.

71 -- Basil. 1700. 8.

81 Druck von Val. Cöbuz Jan 1661. 12.

Dycksp. von Niede 1610 (?) neu

Konkiliare 1614. Neu Fassung 1677. 8.

Dycksp. von Fr. de la Vire Mai.

1674. 4. 1682. 4.

Frang. sp. von Rund le Cornu, f. 12.
Augsburg 1659. auf der Arbeit des
selben überfahrt in dem Recueil d'Épi-
gramm. anc. Paris 1669. 12. von
Dufour — w. in den Nouveaux

Semen, dat over de de l'esspir
in 4 w 6 Eel was Coquard.
V. 25 lib. Welke waren in ditz jor
Niet herv. Zieh Pragndtiss, was fr.
w. Blaakenburg.


Edit. Ence anni est 1606.
vid. p. 129. no. 47.

leßn
und
Juli
1792

t 1606.
no. 47.







DANNES OWENUS CAMBRI

AK

KK 578

1
Clericu
Credo m



2
Q[uo] min
Non si
Ingeniu tu
Judiciu

3
Addi

4
Quicquid h
Iep
Quicquid h
Quodcunque
que
Ingeniu su
Omne id, Oe
Iliec quand

5
Quale, rogas
tur?
Dicam, Quale e
Quod breve, quod
litum,
Quodque habeat

✓



I *Ad Lectorem.*

Clericus es ; legitio hæc , Laicus ? legitio ista li-
benter.
Credo mihi , invenies hic quod uterque voles.

D. Du. Tr. Med.

2 *Ad D. Ioannem Audoënum de libro.*

Quo minus edatur , nihil impedit , aut ego carmen
Non sapiō , aut ætas , si sapit , ista leger.
Ingenii tu rere tui tantum esse periculum ;
Judicij tamen est alea jačta mei.

Joann. Hoskins, J. Consultus.

3 *Ad Io. Audoënum , de tribus Epigramma-
tum libelli.*

Quicquid habent Veneres Venerum , Charitesque
leporum ;
Quicquid Musa joci , quicquid Apollo salis ;
Quocunque est Sophiz , quocunque est artis ubi-
que ,
Ingenii aut Genii quicquid ubique vigeret ;
Omne id , Oene , ruis reor infedile libellis ,
Hæc quando nobis lemmata dia dabas.

Joann. Bowman. Theol.

4 *Ad Ioan. Audoënum.*

Quale , rogas , nobis Odoëne Epigramma probe-
tur ?
Dicam . Quale tuum parturit ingenium .
Quod brevē , quod castum , doctum , celere atque Po-
litum ,
Quodque habeat multos , & sine dente , sales .

A

Hoc

²
Hoc tua Musa dabit. Genius promittit, & ultra
Confirmat Dominus mentis primatus.

Tuus Gulielmus James Thea.

In laudem Autoris.

³
Quod sicut, est, & semper erit solemne Poëcis,
Carpitur in libris formina virque, tuis:
Judice me, tamen hæc Epigrammata falsa merentur.
Laudet ut ingenium vir mulierque tuum.

Jana Audoëna Oxoniensis.

Ad Lectorem.

⁶
In laudem Autoris; cuius Epigrammata intra
mensum secundo prodierunt. (1606.)

Scriperunt Latii, scripsere Epigrammata Graji:
Quos inter vitam Nominis unus habet.
Excipite hunc; omnes superavit Oenus, & ipsius
Æquavit; si non & superavit cum.

D. Du. Tr. Med.

De 3 horum Epigrammatum
editione.

⁷
Ad Autorem.

Hic liber est Mundus, movet, & sine fine move-
tur.
Ipse licet taceas, Bibliopola probar.
Nam tua perpercum exercent epigrammata prelum,
Pene fatigatis ter repetitatispis.

Joan. Hoskins J. C.

JOAN.

3

JOANNIS AUDOENI
EPIGRAMMATUM

LIBER PRIMUS.

1 *Ad Illustrissimam Heroinam Dominam Mariam Neville, Patronam juam.*

Inveniant nostri patronum ut ubique libelli,
Libros Lectori dedico , meque tibi.

2 *Ad Lectorem.*

Qui legis ista , tuam reprehendo , si mea laudas
Omnia , flutitiam : si nihil invidiam .

3 *Ad J. O. HOSKINS , J. C. Poëtam ingenissimum de suo Libro.*

Hic liber est Mundus : homines funt , Hoskine ,
verbus

Iuvenies paucos hic , ut in orbe , bonos .

4 *Ad Dominam Mariam Neville Patronam suam.*

Si nos Pythagoræ non fallunt dogmata , corpus
Intrant Pallas , Juno , Venuisque tuum .

5 *Ad eandem.*

Ut Sol in cælis , urax in sole , videtur ,
Virtus in vultu sic habitare tuo .
Spectator quicunque venit , discedit amator :
Aut illum vircus , aut tua forma capitur .

6 *Ad ejusdam filium , Thomam Neville , maximæ spei puerum .*

De Génio tam mira tuo memorantur , ut omnem .
Exsuperent , quamvis omnia vera , fidem .
Qui puerum laudat , spem non , rem laudat in illo ;
Non spes , ingenium res probat ipsa tuum .

7 *Ad ejusdem filiam , Cæciliam Neville .*

Es similis Matri : de te mihi dicere plura .
Nil opus est ; Matri te similem esse , fat est .

LIBER PRIMUS.

4 *Nosce te ipsum. In Harpalum.*8 **T**U non es tanti, sis dignus ut, Harpale, nosci,
Quære aliquid dignum cognitione tua.9 *Ad Caufidicum.*10 **S**I felix, rerum poruit qui noscere causas;
Qui nosti causas dicere, quantus homo es?11 *In Ioannem Protum.*12 **D**Uctrum uxorem memini, te, Prote, minatum,
Ebrius uxorem ducere nemo potest.
Uxori nubas potius, quæ sobria potum
Ducere te noctu posuit ab urbe domum.13 *In Aulum, Nobilem ignobilem.*14 **D**egener, Aule, tuis majoribus omnia debet
Debet, credo, nil tibi posteritas.15 *In Hernicum.*16 **E**Misti fatuum bis denis, Hernice, libris;
Emissem tanto non ego terecio.17 *Venus.*18 **P**Rincipiuni dulce est, at finis amoris amarus;
Læta venire Venus, tristis abire solet.
Flumina quæ situm sic in mare dulcia currunt,
Postquam gustarunt æquor, amara flunt.19 *Ad Gilbertum.*20 **S**Tare negas terram; nobis miracula narras:
Hæc cum scribebas in rate forsan eras.21 *Ad Medicos & Iurisconsultos.*22 **U**Lceribus, Galene, vales tantummodo nostris,
Scultitia nostra, Justiniane, fapis.23 *O tempora! o mores!*24 **S**Caliger annosi correxit Tempora mundi?
Quis jam, qui Mores corrigit, alter erit?25 *Judicium Paridis.*26 **C**Um Paris electus Divis tribus arbiter esset.
Nec præferret utram sciret utrique magis.

Majestas

Majestas tam
Palladius &
Si nunc ju
Vincere18 **M**Erifum
M. Den
Sister in
Invenie19 **E**Stibili
Si tib20 **Q**Uisque
Op21 **Q**Ui mo
Paul
Pharmaca
Tu mor22 **F**ormati
Occid23 **E**Scien
Cum24 **N**Unquid in
Edat, an
In Decimo Se
Suspicio Hi25 **B**AIA, Pylili
Nimurum

S.

L I B E R P R I M U S.

5

Majestas tandem Veneri Junonia cessit,
Palladis & virtus ; omnia vicit amor.
Si nunc judicium renovata lice subirent :
Vinceret una duas Juno Moneta Deas.

18 *Germana veritas.*

MErsum in nescio quo Verum latirare profunde
Democritus, nemo quod reperiret, ait.
Si later in vino verum (ut proverbia dicunt.)
Invenit Verum Teuto, vel inveniet.

19 *Ad Linum.*

Est tibi librorum, Line, copia : doctior esset,
Si tibi librarum, copia tanta foret,

20 *Ad quendam nobilem Adolescentem.*

Quisque senectorem, mortem tibi nemo precatur,
Optatus morbis, non medicina, tibi.

21 *Ad quendam pauperem Medicum.*

Qui modo venisti nostram Mendicus in urbem,
Paulum mutato nomine sis Medicus.
Pharmacadas ægroti : aurum tibi porrigit æger,
Tu morbum curas illius ; ille tuum.

22 *In quendam.*

Forma tibi famam peperit : sed filia matrem
Occidit : formam non bona fama bonam.

23 *In Marcum.*

Esse in natura Vacuum cur, Maree, negasti ?
Cum tamen ingenii tam sit inane caput.

In scriptores nostri temporis.

24 *Ad Solinum.*

NUnquid in octavo mendacia plurima vulgus
Edat, an in quarto queris, an in folio.
In Decimo Sexto mentitos plurima (seculo)
Suspicio Historicos quolibet in folio.

25 *Phillida.*

BAsia, Phylli, aliis dare non vis : at data sumis.
Nimirum scis hæc accipiendo dari,

A 3

26 *Ad*

L I B E R P R I M U S.

- 26 *Ad eandem.*
Ignis amor si sit (veluti proverbia dicunt,) 16
0
Mnis
Od
 Hei mihi quam tuus est frigidus ignis amor.
- 27 *Impius Athaeus.*
Utere temporibus praesentibus, utere rebus,
 Tempus erit, nullum quum tibi tempus erit;
 Grammaticus de praeterito dicatque furro;
 Tempore presenti, dum licet, utar Ego. 37
0
Bfscu
Ivi
Nam pria
Quis a
- 28 *Epitaphium Athaei.*
Mortuus est, quasi vieturus post funera non sit;
 Sic vixit, tanquam non moriturus erat, 38
Hance
Sic
- 29 *Optativus modus.*
Infinito prope par modus Optativus;
 Optandi finem nam sibi nemo facit. 39
Qulca
Qui
- 30 *In Alamam.*
Conjugio esse jugum non intolerantius ullum,
 Nil aliud totu clamat Alana die
 Post tot clamores, & jurgia nocte facetur,
 Conjugio nullum suavius esse jugum. 40
Hoseg
Sic
- 31 *Prophetæ, Poëtæ.*
Illi de rebus prædicere vera futuris,
 Hi de præte ritis dicere falsa solent. 41
Pndite ux
Ut me
- 32 *De vita & morte.*
Ad mortem sic vita fluit, velut ad mare flumen:
 Vivere nam res est dulce; amara mori. 42
Clavem
- 33 *De Vulcano.*
Arma faber Marti Vulcanus splendida fecit;
 Cornua Vulcano Mars specio asperdit.
 Nimirus hoc operæ pretium, Vulcane, tulisti.
 Cornua pro ferro: siccine Glaucus eras? 43
Illud Pa
Hoc infigne
Sirepera
- 34 *Grammatica Angliae.*
Foemineo generi tribuuntur
 Propria quæ Maribus: 44
Quatuor dix
Non dico
- 35 *Liberum Arbitrium.*
Arbitrii, pro quo jam in partes scinditur orbis,
 Vix libertatem perdidit, uxor habet. 45
Pluvina apud
Menapie
- 36 *De*

LIBER PRIMUS.

36

De Vita & Venere.

Omnis ad extremum properet licet actio finem;
Oderunt finem Vita Venusque suum.

7

37

Obcuri pater Aeneas loca cæca per Orci
Ivisse in campo singitur Elysius.
Nam prius Aeneas, infernum ingressus Elise,
Quis neger in campis quin foret Elysius?

Maritus & Machus.

38

Maritus.

Hanc ego mi uxorem duxi; tulit alter amorem
Sic vos non vobis mellificatis apes.

Machus.

Hos ego filiolos feci; tulit alter honores;
Sic vos non vobis nidificatis aves.

39

Rhetorica Nova.

Qui caret argento, frustra utitur argumento:
Quid dare scit, non qui dicere, Rhetor erit,

40

In Cottam nuper cuculatum.

Induit uxoris perræsus Cotta, cuculum;
Ut mundo moriens exueret cuculum.

41

Insignia Genevensium.

Clavem Aquilamque gerit duplex Insigne Ge-
neva:

Illud Papatus; hoc habet Imperii.

Hoc insigne tuum quo jure Geneva tenebis,
Sireperat calvem Roma, Rodolphus avem?

42

In Barbonii Poëta nugas.

Quas tu dixisti nugas, non esse putasti;
Non dico nugas esse; sed esse puto.

43

Fides.

Plurima apud veteres fidium sit, nulla fidorum
Mentio; prisorum nam fuit una fides.

44

In Paulinum Medicum.

Cur patiens, Pauline, tuus tibi dicitur æger:
Impatiens morbi sit licet, atque tui,

Te

8 LIBER PRIMUS.

Te quoniam patitur , Patiens tuus ergo vocatur :
Nam plus , quam mōrbus , torquet eum medicus.

45 In Cottulam.

S I verum dixit de Socrate Apollo , sapisti
Cottula : nam tu scis te quoque scire nihil.

46 In Fabianam.

Fertilis à multis si terra vocata ferendis :
Fertilis est : multos nam Fabiana tulit.

47 In Avaros , jocus.

N Aturam parvo contentam vulgus inepte
Laudat , & indigne dannat Avaritiam.
Solus enim parens minimo satiatu Avarus :
Nam Natura parum fat putat , Ille nihil.

48 Ad Philopatrum.

P Ro patria sit dulce mori licet atque decorum ;
Vivere pro patria dulcius es sic puto.

49 Orbis.

I N mundo nil constat . in orbem vertitur orbis .
Quid mirum , recti quod sit in Orbe nihil ?

50 In Aretinum.

E St modus in rebus : tamen experientia monstrat ,
In Veneris nullum rebus inesse modum .
Mille modos Veneris lacrima repperit ; & quod
Natura fieri debuit , Arte facit .

51 In Silium.

A Theus es , quia Papifam tibi non licet esse :
Et Protestantem non libert esse tibi .

52 In Athos.

N Ulla domus domino caruit : vos hancine tantam
Nullius domini creditis esse domum ?

53 Medicus.

A ccipit oblatum Medicus , dare non solet , aurum ,
Pharmaca dar medicus ; non solet accipere .
Ordonner medicos , ægros Or donner oportet ,
Alterius sic res altera poscit opem .

54 Jurij-

LIBER PRIMUS.

9

- 54 *Jurisconsultus.*
TUris-prudentes prudentes jure vocantur:
 Tam bene cum studeant provideantque sibi.
- 55 *Aulicus.*
Si bonus es; melior, non major tempore fies;
 Si magnus: major tempore, non melior.
- 56 *Ad Marcum Iulium.*
MUNUS Marce, deest oculus tibi; sufficit unus:
 Plura vident oculi, non meliora, duo.
 Sunt mihi binae aures, tamen his nil audio veri:
 Bini oculi; video nil tamen hisce boni.
- 57 *In Paulum.*
NE pereat tua fama, struis tibi, Paule sepul-
 crum;
 Tanquam non possint ipsa sepulcrorum mori.
- Secretum contra Canitiem.
- 58 *Ad Bithynicum.*
NE tua sit posthac, Bithynice, cana senectus,
 (O te felicem!) calva juventa facit.
- Probatum est.
- 59 *In Theodorum.*
DUcentem ad caros Theodorus, conjugae ducta,
 Credidit angustam se reperisse viam.
 Esse videbarur Theodoro quæ via Cæli,
 Duxit ad Infernum: nam via lata fuit.
- 60 *Apollo & Musæ.*
MUſæ sunt generis muliebris. Apollo virilis.
 Unus enim Muſis prefat Apollo novem.
- 61 *In Alanum, jam senem.*
UXoris cubito cubitum conjungit Alanus;
 Et solet hunc dulcem dicere concubitum.
- 62 *Kalend. Januar.*
MUNera diviribus non dat (ne dando rogarer)
 Pauperibus dona nil (quia pauper) Olius.
 Exspectans meliora datis, dat munera Quintus;
 Quodque verebatur poscere, dando petit.

B

63 In

20 LIBER PRIMUS.

In Pontiam.

IN mare Cornutos jacendos Pontius inquit:
Pontia respondet: Disce natare prius.

64 Opus tenebrarum.

Servandam ad Speciem, qua non magis utilis ulla,
Res individuo nulla nociva magis.

65 Mentiris.

MEntiris! Cave militibus ne dixeris unquam:
Majus eo nullum dedecus esse purant,
Mentiris, tantum qui dedecus esse putatis,
Mentiri quare creditis esse decus?

66 In Hypocritam.

Nil juras, metuisque superstitosus haberi:
Omnia mentiris; Religiosus homo es.

67 Androgynus.

In quo Mercurii facies Venerisque videtur,
Nec vir, nec virgo est; Hermaphroditus homo
est.

68 Venus.

VUQue fuit fugitivus Amor, refluitque vicissim,
Ut mare: qui mirum? nam Venus orta mari.
Nulla fides Veneti; levis est, interque planetas
Ponitur (haud inter sidera fixa) Venus.

69 In Riales.

UNusquisque sibi vult Phyllida solus habere:
Crede mihi, non est hic amor; invidia est.

70 Mulier.

Dicitur fuit mulier quasi mollior: est tamen Eva
Non de carne sui sumta, sed oise, viri.
* Varro de Ling. lat.

71 Medicorum & Jurisconsultorum
cognatia.

Jurisconsultorum idem status, & Medicorum est,
Damna quibus licito sunt aliena lucro.
Hi morbis ægrorum, agrorum litibus illi
Dant patienter opera, dum potiantur opum.

72 De

L I B E R P R I M U S.

xii

De Pamphilo ad Philippum.

72 **N**on patitur Vacuum in rebus Natura , Philippe :
Naturam sequitur Pamphilus ergo ducem.

Ad Catoum.

73 **A**rboribus redeunt crines & gramina campis :
At capitì frondes non redierunt tuo.

Nilo ne glioichi Ætna nel cuore.

74 **F**rigidus ardentes intravit Nilus ocellos,
Dum cor Ætnæ capitur Igne meum,
Nec tantus fluvio lacrymarum extinguitur ardor,
Nec tanti fletus fluminia siccac amor.
Sic sibi discordes, exercent vim tamen ambo.
In me concordes, ignis & unda suam.

Cæteris paribus. In Camillam.

75 **P**ætra Camilla procis ambita & amata duobus,
Quorum pulchellus sed brevis alter erat.
Non formosus erat , sed erat longissimus alter ;
Utrum horum maius , virgo rogata rudit.
Continuo hunc lustrans oculis , & brachia longa,
Nasum , crura , pedes , omnia longa videns ;
Prudenter respondit ad hoc magis anne pudenter ?
Hunc longum volo , si cætera sunt paria.

De Gigantibus & Nanis.

76 **M**onstra Gigas Nanusque , duo contraria formis :
Vir , Gigas , immanis ; Nanus , in anis homo.

In duos Abbatis spurious.

77 **T**empto orantes reliquis cum fratribus una
Vos duo non sicut dicitis. Abba Pater.

Sacerdotes.

78 **P**resbiteri uxores duxere : quid inde lucrantur ?
Scilicet in Decimis hoc habuere prius.

Participium.

79 **C**um Verbum sit Eras . mus Nomen ; quid sit Eras .
Ingenio Lector colligat inde suo. (mus .

Catus ad Juris consultar.

80 **C**um propria imprudens conjux uxore coivit,
Quam falso alterius credidit esse viri.
Hoc genitum coitu Consulti juris & æqui,
Legitimi natum Dicitis anne nothum ?

B 2

81 D 6

81

De Aurora.

Miraris , lucem summo quod mane priorem
Sole vides ? Lux est condita Sole prior.

82

De Die.

Sicut nox centoculo quamvis oculatior Argo ,
Plus uno cernit lumine lusca Dies.

83

De Noxe.

Induitur tristem cur Nox atrata colorem ?
Luges defunctum Nox , quasi nupta , Diem ,
Consolarentur mortam nisi sidera noctem ,
Opprimeret reducem nos dolor ante diem.

84

In Marcum.

Carmine Marce tuo laudas me : fallor , an hoc tu ,
Ut tua collaudem carmina , Marce , facis ?

85

Mors.

Restituunt furtum fures , vi rapti latrones ;
Omnia Mors aufert , restituitque nihil.

86

Ad Amicum.

Cum sis dimidium dominæ , quam diligis unam ,
Dimidiumque tuus , parte quora meus es ?
Te scribis tamen usque meum . Qui conjugé ducta ,
Vix tuus es , pacto quo meus esse potes ?

87

Vir bonus.

Si quicquid rarum carum est , preciumque meretus ,
Crede mihi , res est Vir preciosa Bonus.

88

In quendam senem.

Ex nigro mentum senio muratur in album :
Candida quæ fuerat mens tibi facta nigra est.

89

In P. aulibum.

Quicquid ab antiquo , Pauline , togaris amico ,
Hoc te faeturum eras mihi semper aie .
Visne tibi dignas reddam pro munere grates ;
Gratia pro meritis eras referenda tibi .

90

In fucatas.

Quae pictas geritis facies , vos jure potestis
Dicere eum Flacco : Pulvis & umbra sumus .

91 *In*

LIBER PRIMUS.

13

In Cottam.

TO^t OTUS es uxoris, non solus, Cotta, Camille:
Sola tua est; at non tota Camilla tua est.

Politicus.

DILSIMULA, simula, quoties occasio poscit,
Moribus ut morem temporibusque geras.
Temporibus qui rite sapis servire memento
Omnibus; ut tempus serviat omne tibi.

In Venerem.

CUR Venus illicitum sequitur Vulcania Martem?
Vulcanus licita claudicat in Venere.

In Damianum.

NEMO simul dominis pars est servire duobus.
Tu servis Dominæ; non igitur Domino.

In Marcum.

BARBA tibi crevit, ceciderunt, Marce, capilli:
Inde tibi gravis est barba, caputque leve.

Stræna, Calend. Jan. 1603.

AMBIGUOS tecum peragens socialiter annos,
Oxonii juvenis, Wintoniæque puer,
Sæpe tuum in dubiis sine fuso expertus amorem
Rebus, & in dubiis sum fine fraude fidem.
Hoc tibi mnemosynon me mittere jussit amoris,
Qui mihi te junxit, me tibi vinxit: Amor,

In Epicharmum.

CUR non vis Epicharme mori; sed mortuum esse?
Vis Epicharme mori; sed sine morte mori.
Fest morrem dolor: aufert mors optara dolorem.
Est igitur peior morre, Epicharme, dolor.

In Phillida.

SICUR equo jaculans Parthus fugit & ferit hostem:
Phyllis amatorem sic fugiendo caput.

In Hallum Grammaticorum.

SUM famosus, adhuc jejonus dum foret, Hallus:
Infamis nunc sum, cum satur esset, ait.

B 3

100 De

se priorem
Sole prior.

or Argo,
ies.

lorem?
ipsa, Diem,
stern,
nte diem.

allor, an hoc tu,
arce, facis?

tronos;
e nulli.

illegis unam,
meus es?
conju^ge dux,
otes?

mque meretus,
Bonus.

albūm:
ta nigra eſt.

is amico,
ais.
rates:

etefis
mbrafumus.
91 In

14 LIBER PRIMUS.

100 De Magnete.

Cuncta trahunt ad se Magnates aurea: sicut
Ad se Magnetes ferrea cuncta trahunt
Tecum nil mihi sit gens aulica (docta rogare;)
Cum das , parca latis ; prodiga , quando peris.
Omnia te adversum spectancia , nulla retrosum.
Munera me terret , ut nihil inde petam.

101 Mors.

Morts quid sit , rogitas ? si scirem , mortuus esset,
Ad me , cum fuero mortuus , ergo veni.

102 Cliens.

Cantabunt reduces coram latrone Clientes :
Semper enim vacuus currit ab urbe Cliens.

103 In Zoilum.

Quod mores accuso malos , me , Zoile , carpis ;
Conscius an forsitan quod reprehendo tuos ?
Cur tibi pri relictus metuas ? fortasse ego , mores
Cum reprehendo malos , tum reprehendo meos.

104 Children and Fooles tell truth.

Anglica veridicos dicunt proverbia stultos ;
Ergo Anglis verum dicere stultitia est.

105 In Calum.

Cetta tua frontis fuerat mensura , priusquam
Nescio que frondes abstulit aura tuas.
Ex quo decussi tibi sunt de vertice crines.
Perpetua frontis jam caput instar habes.
Quanta tibi nunc , sit irons dicere non potes : ergo
Fronti nulla fides est adhibenda tuz.

106 In Eudem.

CAlve , meos nunquam portui numerare capillos ,
Nec tu (nam nulli sunt) numerare tuos.

107 Apologia Fortunae.

Nulla mala est Fortuna , et qua omnibus , omnibus
una :

Spem dat pauperibus , divitibusque metum.

108 In Cottam.

Intrasset calidum nuper cum Cotta lupanar ,
Dicitur infecta re rediisse domum.

109 In

L I B E R P R I M U S.

13

In Proculum, Magnatem.

Sin non audires dicentem falsa, Procille,
Audiret falsum dicere nemo tibi.

110 *Ad Paulum, Jurifconsultum.*

Inter te Dominamque tuam sic dividis annum,
Utrix dimidia parte si ille tuus.

Conjugis una tux pars dicta Vacatio; nempe
Tum vacat uxoris rebus adesse tibi.

Altera pars non tota tua est, rem quando reliqua
Negligis uxor, renique clientis agis.

Terminus hæc animi pars litigiosa vocatur,
Non male, nam Venerem terminat ille cuam;

111 *Ad eundem.*

Terminus est nullus tibi nulla vacatio lucri:
Tutus enim lucro litigisque vacas.

112 *Ad Marinum.*

Alecto surgit quoties intacta, Marine,
Conjux, in vultu irruit ungue tuos.
Infensa blonde alloqueris, sed inania perdis
Verba: satis fieri re cupit illa sibi.

113 *Chirurgus.*

Bella magis pacemque precer? mihi servit utrumque:
Ambo patroni Marsque Venusque mei,

114 *Iues Venerea.*

Tala terra mihi patria est, Gallique parentes;
Gallicus, in dubio est, Italicusne vocer?

115 *Calumniatores, Adulatores.*

Dixit Anaxagoras atram esse nivem, gravis autor;
Hæc ætas multos vidit Anaxagoras,
Laudavit niveas corvi vulpecula pennas:
Hei mihi, quot vulpes fixula nostra ferunt!

116 *In Ponticum.*

TE mihi dixisti respicere: non tibi credo,
Pontice, qui nunquam te sapuisse fecio.

117 *Herculeus labor decimus tertius..*

Conjugis ingentes animos linguamque domare,
Herculis est decimus tertius iste labor.

B 4

118 *Mars.*

109^{1m}

86 LIBER PRIMUS.

118 *Mars, Mors.*

Bella famem, pestemque fames mortalibus assert;
 Est igitur bellum, pejus utroque malum.
Omega nostrorum Mors est, Mars Alpha maiorum,
 In bello distant Omega & Alpha parum.

119 *In Cynthiam.*

Sint urinam similes formæ tibi, Cynthia mores;
 Sitque tibi tam mens candida, quam manus est.

120 *In Gelliam.*

Dum pecces sine teste, puras te, Gellia, tutam,
 Quanquam turpe nihil tu sine teste facis.

121 *In Albinum.*

Nunc tua res agitur, paries nam proximus ardet,
 Albinum Felix obvius admonuit.
Uxorem facto properans Albinus in ipso
 Repperit: O inquit; Nunc mea res agitur!

122 *In Claudium Philosophum.*

Tres partitus species Bonâ, Claudius æger?
 Pauper, & insipiens, nil habet ipse trium.

123 *De Bardella, latrone Mantuano.*

Bardellam Monachus solans in morte latronem,
 Euge, tibi in Cœlo cœna paratur, ait.
Respondit Bardella; Hodie jejunia servo,
 Cannabis nostro; si lubet, ipse loco.

124 *In futilem Floram.*

Cum quoconque cois, rem factam, Flora, fateris:
 Plusque fatendo mali, quam faciendo facis.

125 *In Quintillum.*

Quintillus cur nil dar amico? donat amicæ
 Omnia; cui primum se, sua deinde dedit.

126 *Ad Aulum, de Quintio sene.*

Quintius indomitam quod duxerit, huic, juven-
 cam,

Condis in infanum cur Epigramma senem?

Convenientius huic Epicedion esset amanti

Amenti; effudit jam* caphon ipse sibi.

* Sepulcrum.

127 18

In Coftum.

TU peccas impune : at non tua mentula : nuper
Supplcium capitis pertulit usta sui.

Ad Cymthiae epiftolam reponfio.

Candida charta ad metua venit ; epiftola nigra :
Hæc index cordis , corporis illa tui.

Ad Sextilianum Sp.

TE cum progenuit , non credo creare volebat
Te tuus , ac tantum fe recreare , pater.
Si plus quam donum mens respicenda datoris ,
Non debes vitam , Sextiliiane , patri.

In Porciām, Hypocritam.

Difplicer in noſtro tibi mentula lecta libello ;
Vis ſine pene librum ; non ſine pene virum.

Saturni tres filii.

Theologi ambigui ; Juriftæ lenti & iniqui ;
Immundi Medici ; Mundus ab his regitur.

Ad amicū conjugatum de Cælibatu.

VÆ ſoli , Sapiens Rex non ſine conjuge dixit ;
Nil melius vita Cælibe , Paullus ait.
Vx nobis , inquit conjux : at vx mihi cœlebs :
Vx noſtrum ſimpler ergo , tuuunque duplex.
Proverb. Cambro Britannicum : *Gwell,*
invuariſi, nauuaimi. id eſt , Melius eſt vx
mihi quam vx nobis.

In J. Corneum.

Audi , cerne , cace , cui publica contigit uxor :
Hæc tria præcipue verba notanda tibi.

In Cajum.

Accusaretur cum coram Præfule Cajus :
Confessus bigam ſeque profeffus ait;
Unius uxoris vir Epifcopus eſſe jubetur :
Ergo licet Laico nunquid habere duas ?

In Pomponiam.

Corpore cum quæſtum faciat Pomponia , punctum
(Utile nam dulci miſcuit) omne tulit.

136 *In*

127 18

138 LIBER PRIMUS.

136 In Pinotum, colico morbo laborantem.

S Non efflasses animam, Pinore, perisses:

Quod mors est altius, hoc tibi vita fuit.

137 In Pomponiam.

Induit instabiles capiti Pomponia plumas:

Quodque insigne fuit Martis, eur Veneris.

Scilicet in Martis gerit has Cytherea favorem:

Indicat hoc, Marti quam sit amica, Venus.

Suum cuique pulchrum.

Cic. Tusc. quæst. lib. 5.

138 Ad II. L.

Plus tibi vicini conjux, tua plus placet illi:

Cuique igitur pulchrum non solet esse suum.

139 Venus.

Cum tam Venalis quam Bacchus profest in urbe,

Cur insigne suum non habet alma Venus?

Difficilia quæ pulchra,

140 Ad Marianum.

Si fit difficilis quæ pulchra, Marine, puellam

Accipe tu facilem; da mihi difficilem.

141 In Theodorum.

Uxorem tibi more novo fas ducere non est:

Quid refert? veteri nam tibi lege licet.

At tu * Mosaicam violasti bis quoque legem:

Nupta prior meretrix nam fuit: hæc vidua est.

* Levit. 21. v. 7. 13. & 14.

Strena Kalend. Jan. 1599.

142 Ad Germanicum.

Mitto tibi carmen, Germanice; munera instar;

Mitte mihi munus; carminis instar erit.

143 Sara.

Quæ velit ancillam concedere nupta marito,

Res est hoc noltro tempore rara, Sara.

144 Ad D. T.

Servus discipuli cum sis, Dominique Magister,

Invideo titulis & miseresco ruis.

145 In

In Faulam, Atheam.

Vir ducatne duas, an nubat virgo duobus,
Quæritur : hanc litem solvere Paula volens,
Una viris, inquit, magis apra duobus : In una
Consistunt aliter quomodo carne duo :

In medio virtus.

Ambulat in medio mulier pomposa virorum,
Virtus jam medium perdidit ergo locum.

In Acerram.

Felix, quem faciunt aliorum cornua cautum,
Sæpe suo cœlebs dixit Acerra patri.

Ad Pinotum.

Esse velim Venerem qualem, Pinore, requiris ;
Venalem nolo, vendibilemque volo.

In Quintum & Quinianam.

Conjugis obseruat mutus, ut numina, Quintus;
Verba putat leges, imperiumque preces.
Dicit, agit miserum, quo vult, Quintina, maritum;
Ut dubites, habeat non habeatne virum,
Contra natum & mores, legeisque loquendi.
(Grammatici fugite hinc) hæc Vir & hic Mulier,

Ad Amicam absentem.

Uxor amore miser, tantoque potentius uxor,
Quanto qui me urit longius ignis abeat.

In Paulinam.

Primo infida viro Paulina, infida secundo :
Toto inter regni tempore casta fuit.
Castu metu famæ : plusquam formidine culpx,
Frudiferu metuens credere semen agro ;
Multus eam peteret licet importunus amator,
Concessit nulli, sede vacante, locum.

In Gelliam.

Licere si sacriss pretium est Simonia rebus ;
Et tem divinam metcis habere loco :
Tu Simonica es vere, quæ vendis amorem,
Gellia ; nam res est spiritualis amor.

20 LIBER PRIMUS.

153 In quāndam.

REs tibi in immenſum quam parvo tempore crevit:

Omega nunc , annos Omicron ante duos.

154 Ænigma.

Dic quibus hoc animal terræ naſcatur in oris ?
Masculus eſt mater cui, Mulierque pater.

155 Aliud ad Ponticum.

Esce duos oculos miror tibi, Pontice; cujus
Unocula eſt mater , unoculusque pater.

156 In D. Vitum.

An sis cornutus , Vite, neſcio ; te ſcio Taurum :
Nuper enim nati ſunt tibi tres Vituli.

Daſtylus.

157 Ad Amatorem.

Ad Dominam intrepido viſ tendere carmina curfu?Scire operæ precium eſt, quo pede verſus eat :
Nimirum pēdibus metrorum ex omnibus unum
Præ reliquis mulier daſtylon omnis amat.

158 Amor deſcendent.

Incipit à geminis , perque os deſcendit , ocellis,
Incidat in centrum donec Amoris amor.

159 In Balbam.

BAlba vale ſponſo cum diceret , inquit ; Apud nos
Spero futu-tu-rum te , Phi-Philippe brevi.

De Furto problema.

Ad Jurijſas.

Qui domino invito rem conteraverit, eſt fur.
Quid ſi hoc invita non faciat domina?

160 In Ponticum.

Poſſicit nonnulla , nihil mihi Pontice, præſtas ?
Ut medicus , quamvis nil det , ait, Recipe.

161 In Cereſiam , eunacho Gallo nuptiam.

Nunc ego Spartanos iterum deſidero mores.
Spōdeat ut nudo nuda puella viro.Nuper enim ſterili deſponsa Cerellis Franco,
Crediderat Gallo nubere ; nupta Capo eft.

162 De

163 *De Cornibus, problema.*

SI quando sacra jura tori violaverit uxor,
Cur gerit immeritus cornua vir? Caput est.

164 *Ad Germanicum Calend. Jan.*
1600.

VEl munus donato mihi, vel reddito versus;
Quos hac donavi conditione tibi.

165 Christ Church Collegde in
Oxford.

SIt domus imperfæta licet similiſque ruine;
At patre in laudes* area lata tuas.
* Christ Church quadrangle.

166 *In Phyllida.*

PHyllis amica capi nostro se carmine singit.
Carmen amat; carnem sed mage Phyllis amat.

167 *Ad Samuelem.*
Daniel.

TEmpora consumo nugis & inanibus, & sic
Ne pereant, vitæ tempora perdo meæ,

168 *Ad Lectorem, de seipso.*

NOstra tibi brevitas ignavia forte videtur.
Credo mihi, labor est non levis esse, brevem.
Non facio ut multi, qui multa & itulta loquuntur:
Sermo meus stultus forte; tamen brevis est.

169 *In gloriæsum Thrafonem.*



CUr immensa gerat miles calcariæ Thrafo
Quæritur? Immensum gloria calcar habet.

170 *De Seipso.*

QUi petit, accipiet, Jacobus Apostolus inquit.
O si Jacobus Rex mihi dicat idem!

22 LIBER PRIMUS.

171

*Musica Aulica duarum
vocum.*

172

Ad Lectorem.

Ter Abisicum non accendat liber iste Tabaccum :
Terge libro potius posteriora meo.

173

Ad librum.

Me vivo , morire Liber fortasse : quid inde ?
Sepe senem moritur filius ante patrem ,
Seu morire igitur vivo me , sive superstes
Sis mihi ; Mortalem me genuisse scio .

FINIS LIBRI PRIMI.

JOANS

JOANNIS AUDOENI
EPIGRAMMATUM
LIBER SECUNDUS.

Ad Lectorem.

NE placeant stultis, quorum sunt omnia plena,
Carmina non multis nostra placere volo.
Sat mihi sunt pauci lectors; est fatis unus;
Si me nemo legat, sat mihi Nullus erit.

2 *Ad incomparabilem Heroinam D. Mariam Neville, Patronam suam.*

EX vatum ingenii multorum gloria pendet:
Debetur merito laus tua tota tuo.

Ad eandem.

SI quam forsan habes, inimico nil male; amicis
Omnibus ex animo visque facisque bene:
Unum hoc sit, quod tu non oblivisceris unquam)
Unum illud, nunquam quod meminisse soles.

Ad eandem.

Pingitur in tabulis formæ perfitura venustas;
Vivat ut in tabulis quod perit in facie.
Non possum in tabulis; quod possum, carmine pingo;
Vivat ut in chartis, quod perit in tabulis;
In tabula quanquam te ponere solus Apelles
Dignus, &c. in versu solus Apollo fuit.

5 *Ad D. I. Poitiam ingeniosissimum.*

EGregius non sum vates; ramen è grege vatum:
E grege tu vatum non es; at egregius.

6 *Quid novi? ad D. Harrington Equum.*
STulta rogarorum me turba moratur cunctem,
Quaritat in lingua dum nova quisque sua,
Nunquid Oene novi? Nil novi scilicet in quam,
Aut si quid novi, nil ramen, ajo, novi.

Aula.

Quisquis in ambigua se non accommodat aula
Omnibus ingenii, non habet ingenium.

C 2

3 In

24 LIBER SECUNDUS.

8 In Aulum.

Factus eques quare es? te pluris ut estimet uxor?
 Jam non te, sed se diligit, Aule, magis.
 Et tibi constabit pluris, quam constitit olim;
 Carior ergo tibi, quam fuit, uxor erit.

9 In Chymicum.

REM decoxit iners Chymicus, dum decoquit au-
 rum,
 Et bona dilapidat omnia pro lapide.

10 Trojanus.

Trojani eversa sapuerunt denique Troja:
 Quis non* Trojanum se fateatur in hoc:
 * A true Trojan.

11 De remedio Amoris.

IGNI subtrahito lignum (jejunia servans :)
 A muliere sede (sicut ab igne) procul.
 Situus istorum neutro consumicit ardor,
 Uxor ducenda est. Hæc erit instar aquæ.

12 Troyanova. Ad Londinenſes.

EX cinere ur Phœnix Phœnicis nascitur alter,
 Londonum Trojæ prodit è cinere.

13 J. Consultorum Deus.

MAGNUS in urbe Deus Romana Terminus olim,
 Est Westmunderia major in æde Deus.

14 Terra.

OMAIBUS in rebus medium laudare solemus:
 Scilicet in medio credimus esse modum.
 Est igitur caelo tellus laudatior alto:
 In mundo medium nam remet illa locum.

15 Ad Jacobum Reg. Defensorem fidei.

MAXIMUS es Regum fidei qui castra sequuntur:
 Nempe tuæ fidei creditur ipsa Fides.

16 Ad Illuſtrissimum Comitem Doreſtria,
 Thomam Sackeville, ſumnum An-
 glie Theſaurarium, &c.

THEſaurarius es regni regnoque fidelis:
 Præstat theſauris omnibus iſta fides.

17 Ad

LIB

17 Ad

RE

TU feceris

Eliquet

18

I mperi Emp

Funditus

Ne fulum mu

Æquoris in

Orbis in Oce

Natura an

Imperia fed

Qum sic

Quid mira

Legibus

19 A

L Egemne

Maxim

Jure tibi in

Itata can

20

S Iclaris

Jangu

Tu tamet

At tuac p

Poffonis mi

Vimini vni

II G.

Peparifun

Stalilis ce

Cælius, vel

Hichameti

17 *Ad Illustrissimum Comitem Salisburie,*
Robertum Cæcilium, Regis summum
Secretarium, &c.

TU secreta tibi regnorum credita servas :
Estque tux fidei semper habenda fides.

18 *Ad magnificos Venetos.*

Imperi Emporii (mirum) fundamina vestri ,
Funditus in fluido sunt solidara salo.
 Ne solum mutis habitentur piscibus undæ ,
Æquoris incultas incoluitis aquas.
 Orbis ip Oceano quæ quodam pars fuit , urbs est ;
Natura ante salum quod fuit , arte solum.
 Imperio fedem hanc æternō plus prope vobis
Quam sibi e constantem constitutis aquam.
 Quid mirum vestram consistere legibus urbem ;
Legibus ex leges cum teneatis aquas ?

19 *Ad Nobilissimum Heros D. Thom. Eger-*
ton, Anglia Cancellarium.

Legem ne violet Vis adversaria iuris ,
Maxima , justitiam callida jura premant :
 Jure tibi in leges permissa potentia ; sumnum
Intra cancellos Jus cohibere suos.

20 *Ad Illustriss. D. Henric. Howad. Co-*
mitem Northamptonia , &c.

Sis claris, Howarde , licet majoribus ortus ,
Jamque renascens nobilitatis honor,
 Tu tamen (in prisco mirabile quod fuit ævo ,
At nunc prodigii pondus & instar habet)
 Postponis meritis mercedem , legibus arma ,
Virtuti vires , ingenioque genus.

21 *G. Cæcilius nuper Anglia Thesaur.*
1596.

Perparvi sunt arma foris , stratagemata parvi ,
Sit nisi consilium Cæciliusque domi.
 Cæcilius , velut alter Atlas , divinitus ortus ;
Hic humeris cocum sustinet , ille Statum.

26 LIBER SECUNDUS.
Virtute duce, Comite fortuna.

- 22 *De eodem.*
Fortunam Comitem regina creavit Elisa;
Cur non virtutum fecerat ergo Duxem?
23 *Ad Reverendissimum D. Richardum Vegham,*
Episcopum Londinensem.
Præfulus (ð Britorum decus immortale tuorum)
Tu Londinensi primus in urbe Brito.

24 *Ad eundem*
Hi mihi doctores semper placuere, docenda
Qui faciunt, plus quam qui facienda docent,
Paiores Anglorum doctissimus, optimus ergo:
Nam facienda docens ipse docenda facis,
25 *Ad Reverendiss. D. Thomam Bilfjōn,*
Epiycopum Wintoniensem.
Tu mihi præceptor quondam, Bilfōne, fuiti:
Debo præceptis, scribo quod ista, ruis.
26 *Guilelmi Wicham Episcopi olim Wintonien-*
sis, Vita à Marino I. L. Doctore
Latine edita.
Defunctum vitæ; defuncto reddere vitam,
Non est cuiusvis: hic labor: hoc opus est,
Quod nisi fecisses, jam tu, Martine, periles:
Ergo per hunc unum vivitis ambo librum.

27 *Collegium Wintoniense*
Prima Scholas Europæ inter Wintonica; cuius
Pars ego quæ mea laus maxima, parva fui.
Hunc tis primatum nes Zoilus ipse negabat,
Si tibi Wichamum noverit ipse patrem.

28 *Philipus Sidney.*
Quod sit ab antiquo tantum cantarus Homero,
Felicem Macedo Rex vocat Æacidem.
O me infelicem! quia tu, divine Philippe,
Felix carminibus non potes esse meis.

29 *Ad eundem.*
Qui scribenda facit, scribitive legenda, beatus
ille; beator est tu, quod utrumque facis.
Digna legi scribis, facis & dignissima scribi.
Scripā probant doctuni te tua, facta probum,

30 In

LIB

10 La Napo
Mart

Moribus
Eritis
Nobiliorer
Centeo, n

31 MEI

Q'od pac
Lauru

32 AB
Præclerum
Laceas
Teperili
In lucem

33 A

Nobilis
Vetus

34 AL

Carmina
Scapa

35 Glōben, q
ingenui

36 AD

Principis
Non mod
Quatuor hoc
Imperiumq

37 AD.

Tegemini bei
Jano duci
Quem sic intelle
Bax regit m

30 In Nuptias Gulielmi, Comitis Penbrokiae; &
Maria, Comitis Salopix filie. 1605.

M^Oribus, ingenio, formaque,estate, bonisque,
Eritis, & Heroica nobilitate, pares.
Nobiliore tamen longe te conjugae dignum
Censoe, te dignam nobiliore viro.

31 Ad Elizabetham, Comitissam Rutlandiae,
Philip. Sudneji filiam.

QUOD pater ille tuus fuerit, laus magna Philippi est;
Laus tua, quod tantu^m filia patris eras.

32 Ad Luciam, Comitissam Bedfordiae.

PRÆclarum lux ipsa dedit tibi, Lucia, nomen;
Luceat in toto nomen ut orbe tuum.

TE pater illustris genero^sque mater in orbem;
In lucem virtus ingeniumque tulit,
Annulus Equestris.

33 Ad D. Henricum Goodeyer, Equitem,
dignissimum.

NObilitas aurum, Virtus tua gemma sit: usque
Veferur digitis Annulus iste tuis.

34 Ad D. Joann. Harrington, Equitem
dignissimum.

CARMINA non sine re tua sunt, sine nomine quam.
Scriptores alii, re sine, nomen habent. (quam;

35 Ad D. B.

SIbene, qui latuit, bene vixit: tu bene vivis,
ingeniumque tuum grande latendo patet.

36 Ad D. Thomam Chalonerum Equitem,
Præpositum Domini Principis.

PRINCIPIS efformas tenerum sit pactus, ut olim
Non modo regnum Rex sit, at ipse sui.

Quatuor hoc qui utrum regnis ut præterat unum,
Imperiumque sui quattuor Imperiis.

37 Ad D. Adamum Newton, Principi
studiorum.

TERGEMINI Britonum regni spes altera Princeps
Jam docilis docto dicit ab ore tuo.
Quem sic iniurias, ventura ut neficiat artas,
Rex fuerit major, doctior, an melior.

28 LIBER SECUNDUS.

38 *Ad D. Gualterum Guyn.*

Principis incrementa boni , vares pius , optas ;
 Et * Cresce Arthuri in sede futurus ; ais.
 Ingenium natura dedit , fortuna secundet ;
 Et Crescente tuus principe crescat honos.
 * Fatale quasi Anagramma Principis , ut exstat in li-
 bro Anagram. Domini G. Gwijn , in Scotia ante re-
 natam Britanniam edito.

39 *Franciscus Drakus.*

DRake , pererraci novit quem terminus orbis ,
 Quemque semel mundi vidit utrumque latus ;
 Si taceant homines , facient te sidera noctum ;
 Atque polus de te disceat uterque loqui .
 Plus ultra Herculeis inscribas , Drake , columnis ;
 Et magno , dicas , Hercule major Ego.

40 *Vires Britanniae. Ad Principem.*

ANglorum portæ sunt portus , mœnia classes ,
 Castra æquor , valli corpora , corda duces .

41 *Globus terrestris.*

Terra atque unda globum faciunt (quis crederet)
 unum :
 Scilicet hæc semper manat ; at illa manet .

42 *Insana Sanitas.*

Quo tibi potarum plus est in ventre Salutum ,
 Hoc minus , epotis hisce , salutis habes .
 Contingat urinam tales cibi mille salutes ,
 Non equidem invideo ; mi faris una salus .
 Una salus sanis nullam potare Salutem ;
 Non est in porta vera sajute salus .

43 *Theologus.*

Sciere tuum nihil est , nisi te scire hoc sciat alter :

Politicus.

Si sciat hoc alter , scire tuum nihil est .

44 *Omnia appetunt bonum.*

Fallor , an à verbo nomeni trahit optimus ? opto ;
 Optat enim sapiens optima quisque sibi .

45 *Rara.*

LII

Vlgo puer
Jan desp

A Medicis me

Sumere , q

Quam per pe

Peccati pro

46 D

Illi nihil nif

Istene ridea

47

Lang Lutin

Aniam par

Jugiane pa

Tumilli

Arbitrii libe

De reliq

48

C Ut prefe

Feceruntch

49

M Ultim an

Exmer

50

C Ommend

Hennic

Uxorem in

Audivit fa

Invidus audie

Denuo ; decr

51 L

P Lezemer Amo

Non solpedi

52 S Pesinertia : ti

Gaudia in

mif

Rara avis in terris.

45

VIrgo puellari morbo Burgunda laborans,
Jam desperata s̄epe saluis ope;
A Medicis mentam consultis justa minutam
Sumere , quæ multis utilis herba fuit.
Quam per peccatum vel vivere , maluit (id quod
Peccati precium debuit esse) mori.

46

Democritus & Heraclitus.

Ille nihil nisi risit ; & iste nihil nisi slevit :
Istene ridendus , stendus an ille magis ?

47

In Langam.

LAnga Lutherano nubens Papana marito,
Ansam ut dissidii tolleret omnis, ait ;
Jurgia ne pacem perturbent illa futuram,
Tu mihi sis facilis , non ero dura tibi :
Arbitrii libertatem mihi credito, etique,
De reliquo tecum lis mihi multa fide.

48

King Arthur's round table.

CUr præfers mensam quadratæ , Arthure , rotun-
dam ?
Fecerunt homines quadra , rotunda Deus.

49

Ad Annam.

MUltum amet , ingenii nec sit vulgaris oportet,
Ex merito qui te laudet ametque tuo.

50

In Hernicum.

Commendans animam Cœlo , terræque cadaver,
Hernicus horrendum mortis iturus iter,
Uxorem interea tempus captare, novumque
Audivit sibi jam conciliare virum.
Invidus audiro hoc , delusa uxore ; revixit
Denuo ; decesset cum tamen ante moti.

51

De Amore & Fide.

Fecerunt Amor atque Fides divortia ? nusquam
Non suspecta Fides ; suspiciosus Amor.

52

Amator.

SPes incerta : timor confans ; fugitiva voluptas,
Gaudia morta , dolor dulcis ; amarus Amor.

53 *Aetas*

Aetas aurea.

Cognita Tartarei cum nondum vis foret ausi,
Aurea cur ætas illa vocata fuit?

In Alana.

In thalamo Natura locum cui præbuit imum,
In mensa sumnum sumit Alana sibi:
Scilicet imperium facilis cum conjugé conjux
Dividit, hic noctes regnat, & illa dies.

*Mors Germanica.**Ad Polynicum.*

Mors (inquit Seneca) est non esse, Polynice: contra
Germanus mortem non bibere esse putat.

In Philodemum.

Rara fugis propter pretium : communia queritis:
Carior est cara vilis amica tibi.

In Battum.

Batte, tacenda ultra loqueris, veniamque precaris,
Vitne tibi veniam nil opus esse? tace.

Gordius nodus.

Quem solvit Rex ense suo ; magis estne solutus
Ingenio nodus Gordius, an gladio?
Ingenio nodum potes hunc dissolvere nullo :
Sed nec Alexander scinderet ense suo.

Amor.

Bellum, pax rursus; vitia haec in amoribus insunt :
Se comitantur enim semper Eros & Eris.

60 Lites, Leges. Ad D. Guil. Jones,
I. C. cognatum suum.

Lis genuit leges ; legum lis filia : vivi
Non sine lite solet, nec sine lege potest.

Parcus & Prodigus.

Rhetoricæ studiosus ego sum, Prodigus inquit:
Parcus ait, Logicæ sum studiosus ego.
Semper clausa manus Logican de signat avari:
Prodiga Rhetoricam semper aperta manus.

62. II's. O.

LIBER SECUNDUS.

H̄r̄v̄ Ḡ.

62 **R**omanis gnavis cum vix dolor ipse labor sit,
Ignavis Grajis est labor ipse dolor.

63 **V**ir bonus, fortis, sapiens.
Divitiis plerumque caret bonus (intus abundans)
Ingenio fortis vir, sapiensque fide.

64 **O**rdo velleris aut ei.

Dux Burgundorum, vetus ut fert fama; Philippus
Ordines aurati velleris autor erat,
Auriferos cuius nunc haeres possidet Indos:
Non igitur fuit hic Ordo, sed Augurium.

65 **I**n Comitis Dorcestria Anglia Thesau-
rarii dictum;

Nec temerè, nec timide.

Omnia despera prudenter: & omnia spera
Fortiter: ut caveas omnia nil metuas.

66 **I**n D. Henrici Neville ejusdem Generi
dictum;

Ne vile velis.

Nil vanum nec vile velis, generosa Neville:
Nil prope cum valeant vilia, vana nihil.

67 **A**d D. Philippum Sidnejum, de ipsis
Arcadia.

Ipse tuam moriens (vel conjuge resti) jubebas
Arcadiam saxis ignibus esse cibum.
Si metuit mortem, quia flammam accendit amoris;
Mergi, non uri debuit iste liber.
In librum quicunque cadat sententia, nulla
Debuit ingenium morte petire tuum.

68 **A**t Janam Audoenam, do H̄ijimam
faminam.

Nulla tuarum audita mihi neque visa fororam,
Longævus genuit quas tibi quinque pater.
Quot sint ergo scio; quales tibi Jana forores
Nescio: si similes sunt tibi, Jana scio.

69 Ad

LIBER SECUNDUS.

69 *Ad D. Ioannem Thorion, amicum
fium.*

NULLI inimicus ero, sed nec bis amicus amice:
Nam cuicunque semel, semper amicus ero.

70 *Grammatica Faneratorum.*

SERPENTES, nantes, gradientes, atque volantes,
Hos, has omnes, hæc omnia vincit Amor.
Hic, hæc, hoc, Nummus, regina Pecunia, & Aurum,
Sunt tria, quæs yincens omnia cedit amor.

71 *Ad quendam neurii parentum finalem.*

CUR tam dissimilem sibi te genuere parentes,
Qui tame rani, mes te genuere simul?
Certa tibi ceci, seu trius forma parentis,
Dum, te formut er, certat uterque parens.

72 *Ad diuos anonymous, Venetis reduces.*

EXPENFAS quadruplex ut compensatio vobis
Redderet, ad Venetos insciuistis iter.
Unde lucro simul ac vestro rediissis, amici
Gaudebant damno vos rediisse suo.

73 *Ad adulterium & Fornicatio.*

GNAVUS Mæcho tantum distare videtur
Scortator, quantum Comicus à Tragico.

74 *De Hercule. Ad C. D.*

RANGERE quem nulla valuit virtute, labores
Quis fuit Herculeos maximus inter? Amor.
Lenam non poruit, poruit superate Lænam;
Quem Fera non valuit vincere, vicit Hera.

75 *Osculum salutationis.*

BASIA da tria Phylli mihi: tria si dare non vis
Oscula, da fatrem rot, quod habes labia.
Das unum, sumisque, negas duo basia Phylli?
Vel tibi sume tuum, vel mihi reddre meum.

76 *Problema ad Physticos de basiis.*

UNIhil ad suavem spe&tarent basia gustum,
Oscula cur solo semper ab ore damus?

77 *In Labienum.*

SIC, inquit, peritur corium? sic icur ad astra?
Adscendens furcam fur Labienus ait,

87 In

8

VNus Pella

0 Juve

Uni Pelizius

Magnus A

79

TU credis

Omnibus

80

Stipotias, ta

Aur rang

Ebrie Camini

Proxima;

81 In an

AD noitras

Aurata

82 Meli

VI terripium

Edibilia

83 Ief

M Utua que

Fecundis

Si tibi reddit

Faxoris;

* Quod

84

OMnia diffi

Difflimi

85

Stabitz lau

Indicating

86

Q uoniam Voca

Vultus, &

Otia ut Augustus

Cogere Tyrr

LIBER SECUNDUS.

33

In Alexandrum.

- 78 **V**Nus Pellæo juveni non sufficit orbis:
O Juvenis? mundo mens tibi major erat.
Uni Pellæus juvenis non sufficit orbi;
Magnus Alexander, sed tamen orbe minor.

Ad Firmicum, in Aulum.

- 79 **T**U credis nullis; omnes tibi, Firmice, credunt;
Omnibus, Aule, foles credere; nemo tibi.

In quendam Carminifex.

- 80 **S**IC potas, tanquam sine potu nemo poëra,
Aut tanquam potus quisque Poëa foret.
Ebrie Carminifex, dematur syllabis simæ
Proxima; tum titulis, quod manet adde tuis.

In anonymi cuiusdam mendacem epistolam.

- 81 **A**D nostras non rara manus tua epistola venit.
Aut raro aut nunquam scribis Euangeliū.

Medice cura teipsum. Ad Gilbertum.

- 82 **V**T teipsum cures frustra, Gilberte, moneris;
Est tibi nam semper maxima cura tui.

In fæneratorem, quendam anonymum.

- 83 **M**Urtua qua Flavæ festertia mille dediti,
Fecnore cum solido restituenda petis.
Si tibi reddiderit fortem, nil nomine debet
Fecnoris: * usuram corporis ejus habes,
* Quod non habet in ære, luit in corpore.

In Hypocritam.

- 84 **O**Mnia dissimulans simulansve facis, licet ingens
Dissimulare dolor sit, simulare labor.

- 85 **E**rasmi Moria,
86 **S**Tultitiae laudem scripsisti primus Erasme:
Indicat ingenium Stultitia ista tuum.

Anagrammatiste.

- 87 **Q**Uonam Vocales huc illuc pellere tandem
Vultis, & infantes cogere litterulas?
Oria ut Augusto faciente, solebat in unum
Cogere Tyrsis oves rure, capras Corydon.

37

34 LIBER SECUNDUS.

87 In quendam Doctorem indoctum.

A Ratis nuper eras imberbis inersque Magister :
Barbatus nunc es Doctor, inersque magis.

88 Nudus amor.

Q Uæ vijilis naturæ feras, & gramine campos
Ornat, aves pluma, vellere vestit oves.
Denique frigidulo quodcunque sub aëre nasci
Contigit, innata veste vel arte tegit;
Vestivit nudum cur omnia præter amorem?
Quo nudus magis est, hoc minus alget amor.89 De Fisco. Ad D. Jo. Pits, amicum
suum.T NSUIT in fisum collecta pecunia; sicut
Undique flumineas imbibit æquor aquas.
Efluit ex fisco dispersa pecunia: sicut
Æquoris in fontes versa recurrat aqua.
Nec dum fluminibus saturæ sunt æquoris undæ,
Nec jugis fontes evacuantur aquæ.90 In Persicam.
C Redendo vanis, didici non credere, verbis;
Spes desperantem me mæ faſla facit.91 Peccatum argenteum.
V Iderunt nullos Saturnia ſecula mochlos,
Mundus erat, donec ſub Jove mundus erat.92 Lena.
N Ulla tibi pars eſt non vendita corporis? ipsam
Distraheres animam, nemo licet eam.
Distraheres animam, ſi non emtore careres;
Nullus eam prelio, Dæmonia præter, emet.93 Philauia.
T U persona ſecunda, Ille ultima, prima Ego:
noſtrum
Nemo tamen ſibi non eſſe videtur Ego.94 Sapientia.
Q UIS dives? ſapiens, quis pauper? ſtultus inersque:
Si ſapiō ergo, brevi tempore dives ero.
Quis ſapiens? divens, qui ſtultus? pauper inopſque:
Ego, ſi dives, non ero, ſtultus ero.

95 Egy-

L I B E R S E C U N D U S. 35

Ezmon Veneris.

Dicitur (ut * Cicero) quod ad omnia sponte veni-
An quod veniret omnibus alma Venus? (ret.
, * de nat. deorum lib. 2.

In ebriosum quendam.

TAm potabile si foret aurum, optabile quam sit;
Quanta tuus venter aurifodina foret?

Ad Pollam.

BAsia, Polla, negas nulli: das oscula nulli;
Humida sed secas vertis ad ora genas.
Imponenda novis si sunt nova nomina rebus,
Oscula jam debent nomen habere novum.

Amicus & conjux.

Spiritus est carus nobis; hinc carus amicus:
Cara viro conjux cur? quia cara caro.

Ira.

An quia virtutem soleat caleare, vocavit
Iram Virtutis calcar Aristoteles?

Floræ Romana.

Quæ vestigalem totum sibi fecerat orbem,
Vestigialis erat Roma superba sibi.
Nam pro vectura quicquid tibi, Flora, dabatur,
Vestigial potes hoc jure vocare tuum.

Ezmon Anglicæ vocis Anger (ira)

Angirur iracundus homo: non re modo, verum
Nomine, quam prope sunt Anger & Angor idem?

De seipso.

LUdicra dum tracto graviter, studeo quasi ludens;
Dum leviter tracto feria, ludo studens.

Tituli Multibres.

VIr quacumque Comes duxit, Comitissa vocatur;
Non semper, nupsit cui Comitissa, Comes.
Sic à Sole suum derivat Cynthia lumen:
Sol à fe lucem, non aliunde, peicit.

Ad Zelium,

LAudatur merito laudator, amatetur amatör?
Ergo ut lauderis lauda, ut ameris ama.

Melia etas.

VLtima dum fragilis ducatur linea vitæ,
Certa tenet medium linea nulla locum:

D 2

Quæ

36 LIBER SECUNDUS.

Quæ Media à doctis & vulgo dicitur æras,
Ante obitum quæ sit; dicere nemo potest.

106 *Ad tinctorem quendam canescensem.*

Qui barba color ater erat, mutatus in album est:
Natura hoc fieri, non tamen arte soler.

107 *Ad Aulum.*

Exegit regem nova Roma superba Superbum,
Quid mirum? reges nemo superbus amar.
Dic cur tam pauci regum inveniantur amici:
Sunt quoniam pauci regibus. Aule, pares.

Bed.

108 *Ad D. Mauritium Griffin popula-
rum suum.*

Angli Bed. Leatum vocant, Cambriq; sepulcrum
Lectus enim tumuli, mortis imago sopor.

109 *Bibliotheca Rideri.*

Quid sibi ridendi vult Bibliotheca Rideri:
Unus enim non est Bibliotheca liber.
Verborum cum theca sit hæc, non theca librorum;
Lexicon hoc dici Dictionea potest.

110 *Numerus. Ad I. Tovoy amicum suum.*

Anne numus vocant Criticiq; numisma Latini,
Quod nomon Agrivi quodq; nomisma vocant.
An quia, Numme potens, numerata pecunia vulgo
Diceris, à numero tu quoque nomen habes?
Anne, Deam quia te, Regina Pecunia, mundus
Æstimat, & nummo Numen inesse putat?

111 *In J. S. avarum.*

Ferreæ cista auti custos tibi: ferreæ porta;
Ferreæ tota domus: ferreus & dominus.

112 *De Flora Romana. Ad Grammaticos.*

Placabant Floram pro fugum floribus olim
Romam, & Floram confiduerat Deam.
Corporis atque bonæ nimium que prodiga famæ,
Dicitur ad frugem non rediisse bonam:
Sed se Prostribuit in primo flore juventæ,
Cum fructu florem perdidit ipsa suum.

113 *In I. Protum.*

Sicut ab arboribus ventoso sidere quassis
Autumni, frondes decutiuntur humi.

Omnia

LI

Omnia gesti

Decubit

114 Jam septe

J Fovit

Cui ne diff

Duxillij

115 Comuniti

Vixha

116 Uam na

Q Dition

Tempore

Digna i

117

Perfidus

Cum

Maj or uic

Osidic

Cui bina l

Unde m

118 Expofair

Reddi

119

A Naibali

Non be

Vincere cum

Penus hom

Heu, quatuor

Servata eti m

120

Platina doguul

Sic ruris, i

111 In operibus D

Davilla jactas

Cambrensis

D U S.
Etas,
no potest.
nem.
us in album est
are solet.
Superbum,
erbus amar.
ur amici:
le, pares.
pala.
mbrig; sepulcru
magno lopor.
Rideri:
ca liber.
thebra liborum
est.
um.
sumisima Latin;
sumisima vocand
ta pecunia vulgo
men habet?
nia, mundus
e putat?
a porta;
dominus.
tatuos,
us olim
Decam.
rodiga famiz,
am:
entez,
um.
valis
umi.
Omnis

LIBER SECUNDUS.

37

Omnia gesticulans moto sic vertice Calvus
Decuslit crinem concutiendo caput.

In Theodorum.

JAm septendenos ageret cum rex David annos,
Fovit ei gelidum pulchra puella latus.
Cui ne dissimilis tanto videare Propheret,
Duxisti juvenem jam Theodore senex.

I115 *Anglia plaga. 1603.*

Confumisti tot peste viris, tot peste puellis,
Vix habet in nobis jam nova plaga locum.

I116 *Ad quendam.*

QUam natura tibi si tam fortuna faveret,
Ditior Anglorum forma nulla foret.
Tempore Trojani belli si nara fuisses,
Digna fuit causa Troja perire tua.

I117 *In perjurum, proprio chirographo
convictum.*

PErfidus es, frustra verum qui voce negasti:
Cum prodar te non inficienda manus;
Major ut in diuis constantia quam sit in aduis,
Os idcirco tibi non dedit ora Deus.
Cui binas Deus ergo manus, linguam dedit unam,
Unde manus simplex est tibi, lingua duplex?

I118 *In Cottulam Grammaticafrum.*

Exposuit Graciam Labyrinthi Cottula vocem,
Reddit in accessum quod Labor intus iter.

Anagramma Romæ.

Ad Carthaginenses.

Annibal in paucas fortunam distulit horas,
Non bene Romanas præmeditatus opes.
Vincere cum sciret, fortuna uesciit uti
Pœnus homo, quamvis Afer, eoque vafer,
Heu, quantum Annibali nocuit distreparato?
Servata est minima maxima Roma mora.

I120 *In Magnum Clericum.*

PLurima degustat stomachus, nil concoquit æger,
Sic tu scis, fateor, multa, nihilque sapis.

I121 *In quendam Davis, jam nuper defunctum.*

DAvifis jactas te Londinensis ortum,
Cambrensem nauctus ne videare patrem:

D 3

Quæ

38 LIBER SECUNDUS.

Quæ tua nobilitas (saperes modo) summa fuisset,
Respusis, obscuros & tibi quæris avos.
Quam male cum patria tibi convenit, & bene, terra?
Namque puder patriæ re; patriamque tui.

I 122 *In Aulum.*
Q Uicquid es, inspiciens sapientibus, Aule, videris,
Et stultis sapiens esse; quid ipse tibi?

I 123 *In Linum, Doctorem.*
C Ur tam pro forma cupide facis omnia: famam
Negligis ingenii? Forma dat esse rei.
Audeat hoc si quis Phycum, Line, dogma, negare,
Affero: Doctori Forma dat esse tibi.

I 124 *In Thaida.*
O Utinam vel bella minus, bona vel magis esset,
Turpius est pulchra nam meretrice nihil.

I 125 *Polygraphus anonymous.*
C Um premeret te dira famæ, urgeret egestas,
Finderet & fauces infastiata sitis.
Distraxit miseris, distractior ipse, libellos.
Quid faceres? suasit sic male suada famæ:
Paupertate sibi sic Imperitante; coactus
Es libros tu nunc edere, tunc edere.

I 126 *In Calvum.*
Ecce tibi nulli superant in vertice crines;
Nullus in infida stat tibi fronte pilus.
Omnibus amissis à tergo & fronte capillis:
Quid cibi jam restat perdere Calve? Caput.

I 127 *Ad Claudium & Linum.*
N il nisi velle deest, bonus ut sis, improbe Claudi:
Improbos ut, Line, sis, nil nisi posse deest.

I 128 *Ad G. R.*
Sive Georgius in nostro vis esse libello, Nom.
Quam lente in versum progrediare vides.
Sive tui generis celebrarem carmine laudes, Gen.
Difficilis fieret mentio crebra tui.
Seu meritas vellem versu tibi reddere grates, Dat.
Nulla tibi posset gratia digna dari.
Est bene, quod verlu non accuseris in ullo;
Hac una nomen conditione placet.
Si te appellari malles, generose Georgi;
Semper in extreum conjicere locum.

Hei

Li
Mei mibi, fer
Non pollu
129 No male
Maisl

130 Sacrament
Quæ pr
Si Sacramen
Sacramen

131 In ala
M'Unera fi
Fie &
Si tamen ex
Quamvis

132 D Regib
133 Pa
VI Jusadu
Inventi

134 Vxores,
Dilig
Inter tan
Quod ha

135 D'Estor u
Uxori
Solvendo
test solver

136 Vrlipiens
Hocigitu
Ar. Cuijne, fa
Ceflant; au

Hei mihi, sermones tecum producere longos. Abl.
Non possunt ullo carmina nostra modo.

I29 *Militas omnis amans.*

NOn male militibus meretrices contulit Aulus:
Mars locat armatum corpus; inerme Venus.

I30 *Sacramentum militare.*

SAcramenta vocant sacra juramenta Latini,
Quæ p̄fstat lecto bellica turba duci.
Si Sacramenrum nihil est nisi juramentum,
Sacramenta quidem plura duobus erunt.

I31 *In Alanum, & avarum & mancum.*

MUNera si gratis manco donaris Alano,
Fier centimanus, qui modo mancus erat;
Si tamen exp̄ctes aliud pro munere munus;
Quamvis centimanus sit, tibi mancus erit.

I32 *Regum status.*

DUM non vult alter, timer alter dicere verum
Regibus, Omiserum Regis in orbe statum?

I33 *Vis, Jus. Ad D. Guil. Jones J. C.*
Cognatum suum.

VI Jus adversum, Vis adversaria Juri,
Inversum advernum nomen utrumque sibi.

I34 *In Marcum.*

Vxores, viduas, ancillas, scorta, puellas
Diligis; uxorem negligis ipse tuam.
Inter tam varix Veneris certamina, quare
Quod licet, hoc solum non tibi, Marce, liber?

I35 *Desperate debt.*

Debitor uxoris quis non solvendo quis autem,
Uxori solidum * solvere nemo potest.
* Solvendo esse non intelligitur nisi qui solidum po-
test solvere. Jabol. de verb. sig. I. Solvendo.

I36 *In Culianum.*

VIr sapiens * miraculum: Hodie miracula cessant;
Hoc: igitur nostro tempore nemo sapit.
At, Culiane, sapis: quare miracula nondum
Cessant; aut nondum tu, Culiane, sapis.

* Cic. de Divin. lib. 2.

D 4

137 In

40 LIBER SECUNDUS.

137 *In Marcum, hominem venustum.***M**Arce, cui partem Venus improba adusit; ut essem
Ex aliqua faltem parte venustus homo.138 *In Adr. V.***R**idiculos versus, ridenda Epigrammata scribis.
Ridendum in quibus est ridiculumque nihil.
Nullus in his jocus est, at risit lector: id ipsum
Risit, in his nullum versibus esse jocum.139 *Ad quendam Grammaticastrum;*
Ego, tu, ille.**N**ullus homo est qui se non præferat omnibus u-
Hinc personarum prima vocatur Ego. (num.
Præsentem laudas, abscentem laudis anicum;
Scilicet hinc mihi Tu proximus, Ille tibi.140 *Petite, & dabitur vobis.***Q**Uæ fuit à Domino promissa petentibus olim
Gratia, nunc solis dantibus illa datur.
Dant homines hodie gratis nihil; omnia gratis.
Ex nihilo nil fit: da, dabiturque tibi.

Date, & dabitur vobis.

141 *Conjuges, liberi, Parentes.***S**unt unum vir & uxor, erant duo corpora: at unum
Corpus erant, duo sunt, filius arque pater.142 *In Marcum Caſtidicuſ.***I**psa tibi causas dicis; non, Marce, clienti;
Qui tibi Londonum, non sibi, portat opes.
Certa tibi lex est; lis est incerta clienti:
Tu lucri, danni certus & ille sui.143 *Ad patrem.***V**ir quanto præstantior est, quam formina, tanto
Patre mei natus sum meliore tuus.144 *In Atilium.***A**tilus antiquos referens ab origine mores,
Conjugis inclusa vir dominique fux est.
Scilicet hoc præstar mulieri, quod Deus Evæ
Dixerat: Hærumnas multiplicabo tuas.145 *Qualem uxorem velit. Ad amicum*
*juum G. Guil. Barron.***H**anc volo, quæ facilis sit amari, eadem sed amare
Difficilis; bello corpore, mente bona.

Riva.

Rivales in a-

Multorum

146 Alq

Vifne tibi

Uxori

147 A

C Un paci

Quem

Ego marital

Partus ehe

148

R Elligo qu

Efoder

Non ei quo

Potestitas

149 Ep

Non serva

Occidit an

150

C Orpus men

Maurus

151

A Epulit hu

Qui me

152

A Bscindi p

Abſcind

153

L Ingua Pelai

Romana iñ

154

Dor

Nostre regum

At fine confe

Dicere de regno

Caſtus & de re

*Regum

D U S .
Rivales in amore volo ; mereatur amorem
Mulorum quod amo ; nil ego solus amem.

146 *Ad quandam , quod nullorū sibi similes libe-*
ros gigneret, conquerentem.

Vilne tibi similem generari ex coniuge prolem ?
Uxorem primo quare tibi similem.

147 *Ad Maritos. De amore conjugali.*
Cum pater uxorem noster sibi fumeret Ewam,
Quem plus diligeret coniuge nemo fuit.
Ergo maritallis summus , velut ordine primus ;
Patrius est , nata prole , secundus amor.

148 *Epitaphium Draki.*
RElligio quamvis Romana resurget olim.
Estdederet tumulum non puto , Drake , tuum.
Non est quod metuas , ne te combusserit ulla
Posteritas : in aqua tutus ab igne jaces.

149 *Epitaphium nobilis pueri avo & patre*
superstite defuncti.
Non servat methodum , Logicæ mors nescia no-
stra ,
Occidit ante patrem natus , avumque nepos.

150 *Epitaphium Mauri.*
Corpus mente sua caret , & mens corpore Mauri;
Maurus utroque caret ; nil nisi nomen habet.

151 *Epitaphium Pyrami & Thisber.*
Abstulit hunc vobis mors hostis amica , dolorem ,
Qui mortem vobis attulit ante dolor.

152 *Morus moriens.*
Abscindi passus caput est à corpore Morus ;
Abscindi crines noluit à capite.

153 *Tres linguae crucifixæ.*
Lingua Pelasga artis custos , Sophiæque vetustæ :
Romana imperii; tertia lingua Dei.

154 *Don Antonio Rex Portugalie.*
In te regnumque tuum divertia nuper ,
At sine consensu , facta fuere , ruo.
Dicere de regno potes ipse tuo , quod & olim
Christus * de regno dixerat ipse suo.

* Regnum meum non est de hoc mundo.

155 *Ale-*

42 LIBER SECUNDUS.

155 Alexander, Aristoteles.

MAXIMUS hic Régum, doctissimus ille Sophorum;
Magnus Alexander, Major Aristoteles;
Doctus Alexandrum meliorem reddidit ille;
Non hic maiorem magnus Aristotelem.

156 Plato.

QUx primum in labris pueri sedere Platonis,
In libris resident usque Platonis; apes.

157 Georgica Virgili.

CArmina de terris scribis, Maro, culta, colendis,
Tulectoris agros ingeniumque colis.

158 Persius Poëta.

Scriptra tenebroſi lego, non intelligo, Persi;
Lectores nimium negligit ille suos.

159 Tacitus.

Veracem fecit probitas, natura sagacem;
Obscurum brevitas; te gravitasque brevem.

160 Ad Mariam.

Dicere de rebus, personis parcere nosti.
Sunt sine telle cui, non sine melle fales.

161 Ad Petraracham.

SEmper dum tua Laura legeretur, lis erit, utrum
Tu Laura, lauro dignior anne fore s.

162 Plinius à Ph. Hollandio medioe

Anglicus verius.

Plinius est longus, quia multa; brevis, quia multum
Scribit; at Hollandus * longior, & † brevior.
* Quia plenior. † Quia planior.

163 De Cicerone. Ad Catullum.

TU quod dixisti, verum; verumque, Catulle,
Quod praedixisti de Cicerone; fuit,

164 In Historicos hujus seculi. Ad D. Th. Sackerville, Comitis Dorcestrie filium.

MEndaci historico non esse satis fuit olim:
Mendacem contra nunc satis esse sat est.
Hie negat; alter ait: credere miserabilis utri
Proxima posteritas? hic ait, ille negat.
Scinditur historicum studia in contraria vulgus;
Vixque minor constat cui sic habenda fide.

165 Reg.

165

Abitur in

L Pz cap

166

R Extregn

Qui reg

167

H Historias ve

Quod de

Nec tam mul

Tempore,

A

168

St tardè cup

Vel mod

umra, cibū

At sumitus

169

Non ordinatio

Impatiens

170 P. Magne

Maximus

Quatuor

A

171

Pudicum

Ingenium

Judicio inge

Fallor ab in

Judicium inge

Fallus in ing

172 De legi

Siboniam fac

Verificans w

173 Quid

Quinque volun

Officiam facit

L I B E R S E C U N D U S. 43

165 Reges. Populus.

LAbitur indocto populus sub principe : sicut
Præ capitis titubant ebrietate pedes.

166 Senatus.

REx regnat solus , cur non regit omnia solus ?
Qui regit & regitur , rectius ille regit.

Historia.

167 Ad Th. Sackville.

Historias verando peritus , id absque periclo ,
Quod docti damnis experiuntur habes.
Nec tam multa gravis rerum experientia longo
Tempore , quam parvo te docet Historia.

De Dieta.

168 Ad D. Joan. Harrington , equitem.

Si tardè cupis esse senex , utaris oportet
Vel modico medice , vel Medico modice .
umta , cibus , tanquam , lardir medicina salutem:
At sumtus prodest , ut medicina , cibus.

169 Pares Francie.

NOn omnino pares estis , ramen , est quoq; quædam
Imparit paritas , imparitas Parium.

170 P. Magnus. C. Major. F. Maximus.

Maximus hic Magno minor est , Majoreque major:
Quis fuit istorum maximus ergo trium?

171 Ad doctissimum D. Thomam Sackville ,
Comitis Dorsetria filium.

IUDICium ingeniumque tuum describere versu ,
Ingeniumque mihi iudiciumque deest.

Judicio ingenio polles , potes omnia , si non
Fallor ab ingenio judicioque meo.

Judicium ingeniumque meum quodcumq; sit , haud
Falsus in ingenio judicioque tuo. (sum

172 De seipso. Ad D. Sam. Daniëlem ,
Poëtam.

Si bona non facio , quid mirum , Epigrammata: nun-
Versificans unguis rodo , caputve scabo. (quam

173 Quinque sensus.

Quinque voluntatisque voluptatisque ministri
Officium faciunt , an magis officiant ?

174 Visus

U.S.
ille Sophorum;
llocteles;
di ille;
lem.

Platonis,
sap.

culta , colendis;
colli.

p. Petri;
s.

gacem:
aliqua brevem.

noli.
ille fates.

erit , utrum
ces.

is , quia multum
& t brevior.

or.

pe , Carulle ,
fuit,

Th. Sack-
ville ,

olim :
e sat est.

lis uti
teat.

aria vulgus ;
anda fide:

165 Ap

44 LIBER SECUNDUS.

174 *Vifus.***Q**uo similiſ menti magis eſt, magis avocat illam
Vifus, & ad nutus ducit agitque ſuos.175 *Auditus.***Q**um citō vocalis vaneſcit in aure voluptas?
Quæ velut aura venit, quæ velut aura fugit.176 *Odoratus.***O**s oculosque inter, naris gnariflma quiddam
Carnale & quiddam spirituale fapis.177 *Gufius.***Q**uo vis ut guſtus major ſit in ore voluptas,
Hoc tibi conſtabit pluris, emenda fame.178 *Tactus.***E**st qui deleſet nos tantum, eſt quippe titillat
Tactus: & hic juvenes afficit, ille fenes.179 *Objetla ſenſuum.***V**ifa, audita, olfacta mihi, guſtataque, tacta
Afficiunt ſenſus inciuique meos.180 *Tactus & Gufius.***S**unt qui nare nihil, ſunt qui nihil aure juuentur,
Sunt etiam quorum lumina luce carent.
Guſtus autem tactuque caret cur nemo? tueretur
Ille individuum ſenſus, at hic Speciem.181 *Epigramma. Satyra.***N**il aliud Satyræ quam ſunt Epigrammata longa;
Est præter Satyram nil Epigramma breve.
Nil Satyræ, ſi non ſapiant Epigrammata pingant:
Ni Satyram ſapiat, nil Epigramma juvat.182 *Mutus.***L**abra mover, veris non verberat aera verbis
Quid velit, interpres dicat Apollonius.183 *Cæcus & Surdus.***C**ur oculis pollet magis hic, magis auribus ille?
Hic oculis audit, auribus ille videt.184 *Dentes & Lingua.***D**ens quaſi dictus edens, lingua à lingendo vocata:
Traxit ab officio nomen utesque suo.185 *Phe.*

181

TU pereun

Vipera

186

Ate mea

Filam

187

Sive quida

Ne, mea

188

Alyvore de

Impati

189

Uz prima

Q Unde f

190

Pleena volu

Cur hoa

191

Aniquara vi

Nefatur

192

Anguilo m

Tu cor

193

Seu caro, fe

Lanaye

194

Ville excre

Tu nute

195

Nerdifimile

Quam fuli

196

Slerum ſcias i

Caruus in

LIBER SECUNDUS. 45

Phanix & Vipera.

185 **T**U pereundo paris viventem mortua Phœnix :
Vipera vi pariens, tu pariendo parit.

186 **B**ombix.
Arte mea pereo, tumulum mihi fabricor ipse,
Fila mei fati duco, nec emque neo.

187 **D**extra,
Sive quid accipio seu do, cur porrigo dextram :
Ne, mea quid faciat dextra, sinistra sciatur.

188 **L**æva,
Alævore datum nomen tibi, Læva; laboris
Impatiens longi, desidiosa manus.

189 **D**ies Solis,
Quæ prima emicuit lux, nondum Sole creata.
QUnde sit, ut Solis dicta sit illa dies?

190 **T**erra de Lavoro.
Plena voluptatis, tellus Campania quandam,
Cur hodie nomen, Terra Laboris, habes.

191 **V**eles.
Antiquata viget novitas, renovata vetustas
Nascitur, & veteres nunc novitate placent.

192 **V**imur.
Angusto tristem pellens ex corde dolorem,
Tu cor luctificans luctificando meum.

193 **O**vis.
Seu caro, seu corium, fuscus, nimus, alea, chorda,
Lanave, lacve deest: omnia præstat ovis.

194 **A**grorum stercoreatio.
Vile excrementum stercus, sed inutile non es :
Tu nutrimento das alimenta meo.

195 **H**armonia.
Inter dissimiles voces concordia major
Quam similes: Hominem vir mulierque facit.

196 **P**istracus.
Si rerum fit fas inverttere nomina, Parret
Garrulus inverso nomine Praeter erit.

46 LIBER SECUNDUS.

LII

Atramentum & Charta.

Certius ut feriat dubios color ater ocellos,
Poscit ab opposito lumen opemque suo.

158

Humorem
Ex occu-

Indicat in scena nostros Comœdia mores?
Non habet in nobis fabula ficta locum.

159
Mare qu
Impare

Palliatus & **T**ogatus.
Palliatus.

210
V^r mare
Sicu

Longius à terra quam nos sunt pallia nostra.

211
Nam di
Iam di*Togatus.*

Vero togâ terram, mens super astra volat.

212
E^ricope
Cun

Satyræ.
Idem qui legum, Satyratum finis, idemque
Principium; mores hos genuere mali.

213
V^r Oce
So*Eunuchus.*

Testibus exseatis perfit mihi mascula virtus:
Me tamen esse virum mentula* testis erit.
*Falsum testimonium.

214
Fligeri
Nom

Clepsydra.
Clepsydra meatur verissima: nempe foramen
Tempore fit semper majus; arena minor.

215
Nulla
Ut

Mercator.
Dives utrum pauperne sit, haud mihi dicere prom-
tum est,
Quis pes in hido credit opesque mari.

216
M
O
An

Libido.
Deformem nigra formosam nocte videri,
Non nox atra facit: cæca libido facit.

217
T
Null

Donua.
Quo magis uxori dominatur nemo vir, unus
Uxorem Dominam cur vocat ille suam?

218
D
Divisa
In felix quondam
Principes par

Miles.
Infligat Mars multa licet tibi vulnera, non tam
Mars nocet armatus, quam tibi nuda Venus.

Exercitus.

Gens ingens, fidei malefida, Immanis, amansque
Cædis, & humano sanguine tintæ manus.

208 *Aman.*

208 *Amanitum lacrymae.*

HUmorem fervens ex ligno expellit ut ignis,
Ex oculo lacrymas elicit intus amor.

209 *Stelle,*

Impare qui numero gaudet, mihi credere par est
Impare quo numero condidit astra Deus.

210 *Venetia.*

VT mare nil nisi aquæ, cœlum nihil est nisi stellæ,
Sic sunt Venetiæ nil nisi divitiaz.

211 *Lyra.*

IN tam diversis cum sit concordia chordis;
Tam discors hominum non puderet esse genus?

212 *Auceps.*

Excipe crudelem, qui ludere nescius, ignem.
Cuncta elementa tuis dant alimenta jocis.

213 *Echo.*

Vocem nulla potest ars sculpere, pingere nulla:
Sola reperclusos exprimit Echo sonos.

214 *Speculum.*

Fingere non Phidias, nec Apelles pingere motum
Novit: tu Phidiam plus & Apelle facis.

215 *Echo & Speculum.*

Nisi in se, præter vocem vitale haber Echo;
Ut vivat speculum, non nisi voce caret.

216 *Musico. Ad amictum suum D.G. James.*

Optima Musarum est; reliquis idcirco negatum
Artibus, à Musis Musica nomen habet.

217 *Ad D. Henricum Fanshew, Equitem,*
Musarum Macenatem.

TRes tibi donavi * libros: Tres mihi libras,
Nullus adhuc nostrum carius emit opus.
* Exemplar primæ editionis.

*Albion.*218 *Ad Regem.*

Distracta imperii olim fuit Anglia septem;
Divisa in partes Insula tota noveam,
Infelix quondam divisa Britannia, sub te
Principe jam felix, Albion. * Olbion est.
* Beatum.

JOANNIS AUDOENI

EPIGRAMMATUM
LIBER TERTIUS.

1 *Ad Illusterrimam & laudatissimam Dom. Mariam Neville, Patronam suam.*

TE quoties laudo, nihil mentior, at nec adulor;
Laudis nulla caput plufve, minusve cupit.
Non queris, sis laude licet dignissima, laudem:
Est inter laudes haec prope summa tuas.

2 *Ad eundem.*

QUæ parientis onus, cum nondum nata fuisses,
Matris erat; nunq; es nata parentis honos?

3 *Ad Leiborem de suo libro.*
NEt tibi non placeant vereor, mea carmina, lectos
Candidæ; no placeant, lector inepte, tibi.

4 *Elizabethæ nuper Anglorum Regine virginis partus.*

SCotia nobiscum gentem concrescit in unam;
Iste tuæ partus virginitatis erat,
Et unire magis, quam multiplicare beatum:
Tuque magis felix non patiendo parens.

5 *Ad Hollandum, 1602.*
TU non invita gesisti bella Minerva,
Anglorum Pallas dum tibi ferret opem.
Fortunæ tora versa tuæ est; mors (alter Ulysses)
Pallada surripuit Palladiumque ruum.

6 *Ad Jacobum Regem Britannie, &c.*

AUrea p̄fati venit jam Principis ætas,
Bruti indivisum qui diadema gerat;
Et penitus toto diviso sorbe Britanos
Uniat, & palmam pacis in orbe ferat.
Ut qui pacifice fent, jam dicere possit:
Omne bonum nobis ex * Aquilone vénit.
* Owenus enim Henric. 7. avus ex Boreali
Wallia, Jacobus 1. ex Borcali Britannia ortus.

7 *Ad*

LIBER TERTIUS.

49

Ad Henricum Principem.

7 **S**pes Britonum siboles tanto speranda parenti,
Dimidium matris, dimidiumque patris.
Nobilium exemplar, sed vis imitabile, morum,
Quos cuncti, quamvis pauci imitantur amant?
Insevitne ribi pater hoc ex traduce mores?
An dedit in mammis mater? utrumque puto.

8 **B**ασιλεὺς δὲ οὐ.

Nihil opus autorem hunc; nihil hunc laudare libel-
lum,

Hoc opus autorem laudat, hic autor opus.

9 *Ad Dominam Mariam Neville Comitis Dorcestrie
filiam, patronam suam.*

Dicit te Speculum formosam, Fama pudicam;
Mentitur Speculum nil tibi, Fama nihil;
Fama malum, quo non aliud velocius ullum,
Ausa tamen de te nil male Fama loqui.

10 *De Cecilia ejusdem filiola. Ad eandem.*

NEmo potest animi mores effingere pictor:
Attamen haec mores monstrat imago tuos.

11 *Ad Lectionem candidum.*

Optima quæ bona sunt; mediocria, quæ mala, dices
Carmina iudicio, lector amice, tuo.

Ad Lectionem nigrum.

PEstima quæ mala sunt: mala, quæ mediocria, dices
Carmiña censura, lector, iniqua tua.

12 *Herculis bivium. Ad nobilem opt. spēi adole-
scensem D. Thomam Puckeringm.*

Sunt qui in quadrivis triviisque insigniter ercent:
Herculis in bivio maximus error ineft.

13 *De virtute. Ad Mauritium Merick,,
eognatum suum.*

Cotemnit laudem virtus, licet usque sequatur
Gloria virtutem, corpus ut umbra suum.

Est etenim virtus aliquid, nil gloria: sicut
Est aliquid corpus, corporis umbra nihil.

14 *Horologium viræ. Ad D. Joannem
West, amicum suum.*

Latus ad Occafum, nunquam redditurus ad Ortum,
Vivo hodie, moriar cras, here natus eram.

14 15 De

50. LIBER TERTIUS.

De Deo.

Tantus es, Euclides quantum comprehendere nescit;
Et talis, qualem nescit Aristoteles.

16 *De Atheo.*

Inspiciens in corde suo, Non est Deus, inquit.
Dixit; at hoc nullus credidit insipiens.
Insipiens negat esse Deum si nemo, quis ergo
Atheus eit? Nullum qui cupit esse Deum.

17 *Caritas.*

Ut nisi quæ sit amans, conjux est nulla fidelis;
Sic ibi nulla fides est, ubi nullus amor.

18 *Dives & Lazarus.*

Es in Euangelio, verum sine nomine, Dives;
Pauper, ubi æternum, Lazare, nomen habes.

19 *Cræcile & multiplicamini.*

Primus homo fuerat primum res unica; postquam
Facta fuit mulier prima, fit ipse duo.
Divisum postquam Deus Evæ junxit Adamum,
Ante velut fuerat, non duo, at unus erat.
Multiplicavit eum primo Deus ergo: deinde
Uniat, ut posset multiplicare magis.

20 *Unio.*

Unio divina est, divisio Dæmone nata est:
Unas enim Deus est, Dæmones innumeri.

21 *Tres tentatores.*

Tres: Caro, & immundus Mundus, Satanisque,
Sophistæ:
Hic Logicus, reliqui Rhetores ambo boni.

22 *Spiritus & Caro.*

Spiritus hue illuc, miserum Caro me trahit: in me
Divisum Imperium cum Jove Cæsar habet.
Pax vobis; siquidem vos inter amabilis esset
Pax semel, in toto pax simul orbe foret.

23 *Homo homini Lupus, Homo homini Deus.*

Humano generi Lupus & Deus est homo, quare?
Nam Deus est homini Christus. Adamique lupus.

24 *Verbum Domini.*

PAuca vident homines. Deus omnia prævidet; inde
Vanus homo loquitur sape, Deusque semel.

25 *Via*

LIBER TERTIUS.

Via lata & angusta.

JUSSIT ad angustum magno conamine vitam
Ire per angustum littera sacra viam.
In lacum te angusta locum nisi semita ducat,
Ducet in angustum te via lata locum.

26 *S. Johannes Baptista.*

ANTE Igitur Christum Baptista, ut nuncia Phœbi
Solem præcurrit lux, aperitque diem m.

27 *De Autumno. Ad amicum suum*
D. Richardum Conok.

AUFERT arboribus frondes Autumnus, & idem
Fert secum fructus; nos faciamus idem.

28 *Misericordia vita.*

VIVERE quisque diu, quamvis & egenus & æger,
Optat, id est, miserum se cupit esse diu.
Invitus moritur miser & miserabilis Irus;
Hoc est, invitus definit esse miser.

29 *De natura & Gratia. Ad Theodorum Prise*
Theologum, cognatum suum.

NATURA obscurum lucem, ceu Luna, ministrat:
Sol quasi, splendidius Gratia lumen haber.

30 *Catechismus.*

SUNT credenda tibi bis sex, orandaque septem,
Si salvus fieri vis, facienda decem.

31 *Dives.*

IN cœlum dives cur raro ascendit? Avarum
Panicter expensi, præterea nihil.

32 * *O spes fallaces!* *Ad fratrem suum,*
Thomam Owen.

* Cic. pro Milone.

O RES fallaces potius! spes vero fideles;
Quæ vel ad extremum nos comitantur iter.

33 *Redemptor.*

UNUS homo nobis moriendo re stituit rem,
Unus ut humanum perdidit ante genus.

Non ponebat enim rumores ante salutem,
Opprobrium causâ factus, Adame, tua.

34 *Spiritus sanctus.*

VIT semper veniunt ad candida teæta columbae:
Ingeditur Sanctus candida corda Deus.

LIBER TERTIUS.

Fortitudo.

35 **S**Cit Sapiens , vult cuique suum jus reddere Justus:
Qui facere hoc auder, Fortis habendus erit.

36 *De Rege.*

LEx fine Rege , velut lumen sine sole fuisset :
Rex sine lege, velut sol sine luce foret.
Grex Regem primo legit , Rex cum grege legem
Condidit : hinc legem Rex regit, atque gregem.

Cambro-Britannus.

37 **T**Ecum participant in nomine Scorus & Anglus:
Jam tu non solus, Walle, Britannus eris.

38 *Anglo Scotti.*

LEgitibus inter se variis qua lege coibunt ?
Jungat eos Regni, lex ea summa, Salus.

39 *Ad Regem.*

Henricus Rosas. Regna Jacobus.

CAndidus Anglorum celebres rubeosque colores
Secum Cadmias conferuere manus ;
Ovigenaque velut Gemini , duo sidera fratres
Alternas obeunt lucis in orbe vices.
Urque dies nocti succedit , noxque diei.
Utraque sic viatrix, vietaque fæpe Rosa est ;
Donec quæ mater * Cambrorum Mona vocatur,
Insula quam Taciti non tacuere libri.
(Felix prole parentis) Oweni i Britonis ortu

Clara, *gæz dæg*, nomine reque tulit.

Eius enim æterna Princeps de stirpe Rosarum
Altera cui conjux , altera mater erat.
Post varios casus & mille pericula regni,
Connubio stabili junxit utramque Rosam,
Quarum ne fierent aliquo divorcia casu,

Regna maritataſi tu , velut ille Rosas.

* Proverbium Britann. *Mon man Gymri.* † Hic non indignum noratu est Britannico sanguini tergeminum Britannia imperium , occulto quodam fato restitutum. 1. Regn. Scotiz per Scuarrum. 2. regnum Anglie per Tyderum. 3. Imperium totius Insulae per Jacobum 1. ex utroque oriundum.

40 *Apocalypsis Joannis Nap.*

NOnaginta duos durabit mundus in annos;
Mundus ad arbitrium sistit obitque tuum.

Cur

L I B E R T E R T I U S. 53

Cur mundi finem propiorem non facis? ut ne
Ante obitum mendax arguerere, Sapis.

Deus homo.

NEc sentire Deus, nec mortem homo vincere solus
Posset; utrumque facit Christus; utrumque fuit.

Mors.

Mors, vitanda malo, sancto invitanda, malorum
Ultimus est finis, vel sine fine malum.

Deus.

Imensus Deus est, qui scilicet omnia mensus;
Innumerabilis est, unus enim Deus est.

Miraculum.

Miretur populus miracula: nil mihi mirum est,
Præter eum, solus qui facit illa, Deum.

Adam lapsus.

Theologus animam subjecit lapsus Adami,
Et corpus Medicis, & bona Juridicis.

Ad Adamum.

EVa, parens mortis, malo te falsa fecellit;
Cumque tuum strueret VÆ, tibi dixit AVÆ.

Ad Prædicatores.

Nuncius auroræ, prius ut se fusciter ipsum
Quam reliquos, alas explicitat ante suas:
Gallorum ritu, verbi sic præco feracis,
Ut moveas alios, tu moveare prius.

Tentator.

Sic, velut in muros mures, in pectora Dæmon
Invenit occultas, aut facit ipse, vias.

Morrificatio.

Adamicum quendam feneſcentem.

Mortuus ut vivas, vivus moriaris oportet:
Asfuese ergo prius, quam moriare, mori.

Hodie.

Hoc quod adest Hodie quod nomen habebat heri?
Cras.

Cras Hodie quodnam nomen habebit? Heri.

Cras lenrum quod adest nunquam, nec abest procul
unquam,

Quoniam apellatur nomine cras? Hodie.

51 Tibi

LIBER TERTIUS.

54 *Tibi soli peccavi.*
 51 * *Psal. 51.*

S Ubditus in legem peccat Regemque Deumque :
 Rex peccat soli (rex quia nempe) Deo.

52 *Oratio.*
 C hristus uti clausis penetraverat ostia portis ;
 Sic cæli penetrant invia claustra preces.
 53 *Mariæ Magdalena fletus : Ad cognatum*
suum Elizæum Win.

V ana videnda vagus quidquid peccavit ocellus
 Abluit erratis illacrymando suis,
 Fallor, an hinc oculo plorandi infusa facultas,
 * Peccandi quoniam fons & origo fuit ?
 * Gen. cap. 4. v. 8.

54 *De spe & metu.*
 Ad Amicum suum Robertum Bouyer.
 D ivitix arque merus comites sunt ; spes & egestas,
 Res opranda tamen spes , miseranda metus,
 Pauperis est sperare , timereque diviris ; isto
 Quam sperare equidem malo timere modo.

55 *Methusalem mortuus est.*
 Non vixisse diu vita est ; at vivere, vita est :
 Quid juvat ergo diu vivere, deinde mori.

56 *De Jure & Justitia. Ad amicum suum,*
Ric. Trever. LL. Doct.

T ritia magis Juris quam Justitiae via ; quamquam
 Juris iter longum, Justitiaeque breve est.

57 *De hominum Intemperantia.*
 Ad Joannem Grifford, Medicinam
 Doct. doctiss.

Q ui fragilem longe cupimus producere vitam,
 Luxuria vita cur breviamus iter ?
 Nolumus & volumus produci tempora vita ;
 Nolumus à nobis , malamus à Medicis.

58 *Ad Ponticum.*
 Pauper es : haud facile est fieri tibi, Pontice, ditem.
 Dives es : ex facili ditione potes.

59 *Phar-*

L I B E R T E R T I U S.

55

Pharisei.

Dicunt, non faciunt : culpa est ea temporis hujus,
Fiat quod dictum est : dicitur inde Fides.

60 *Libertas.*

Si felix est qui , quæ vult , habet omnia , quare
Velle solent homines , quæ voluisse dolent ?
Virtus libertas est optima maxima ; solus
Ille potest ut vult vivere , qui bene vult.

61 *Christus Cujas.*

Conceptus Nazaret , ortus tibi conscientia Bethlehem:
Ut quot Naturæ tot tibi sint patriæ.

62 *Christus Crucifixus.*

Erranti , pereundi , ægro , via , vita , salusque .
Mors mortis pendens in cruce , cruxque crucis.

63 *Crux Christi.*

Crus Christum tulit ita , crucem Christus tulit
Pro nobis illum crux tulit , ille crucem (istam;

64 *De Religione. Ad amicum suum,*
Joan. Bowman Theolog.

Arbor amœna pio plantanda in pectore , cuius
In radice labor , fructibus iæsit honor.

Primus in orbe Deos fecit timor , haud male dictum :
Est etenim pietas prima , timere Deum.

Fel in radice est pietas , in vertice mel est :
Religionis enim fons timor , annis amor.

65 *In Prodigum & Parcum.*

Hic nisi post mortem veteri nil donat amico ;
Illi nihil , quod post funera dones , habet.

66 *Conjuges.*

VXorem vir amato , marito pareat uxor :
Conjuncti illa fui Cor ; Caput ille suæ.

67 *Studium.*

AMentes sunt studiosi scire studentes :
Nemo sit insanus , qui studet esse bonus.

68 *Memento mori.*

Mors incertarum rerum certissima ; cunctis
Incertum quando , certum aliquando mori .
Nullus ab occasu procul est homo , nullus ab ortu :
Nec tamen illius , nec memor hujus homo.

69 *B. Vir.*

56 LIBER TERTIUS.

69 *B. Virgo.*Sponsa Dei Patrisque parentis, & filia Fili:
Virgo, nec absque viro; mater, at absque viro.70 *Quod rarum, non carum.**Paradoxon*Commune est vitium, tamen est n[on] carius illos:
Res vilis Virtus, rara sit usque licet.71 *Bellua.*Prateriti spes nulla manet: spes sola futuri;
Res abeunt sine spe; spes redeunt sine re.
Dum nos prateriti dolor angit, eura futuri,
Bellua quod praefens est capit; illa sapit.72 *Ratio.*Rerum regina est ratio naturaque mater,
Nam natura parit res, ratioque regit.73 *Natura.*Natura ingenuit rationem provida nobis:
Naturam ratio nos iubet ergo sequi.74 *Παρόντος.*Libertas, infanda loqui, tibi sola viderur:
Libera lingua sat est, cui tacuisse licet,75 *Ad Marcum, Problema.*Si bonus, anne malus, quid refert, Marce? premun-
Jure mali, quasi vi; vi quasi jure, boni? (tur.76 *In Antiquarios & Novatores.*Sultu haec invidia est, cui eundam recentia fordan-
Invidia sultitia est, cui nova sola placent.77 *Mors Christiana.*Ducet ad aeternam te mors brevis, ut via, vitam,
Ut mors interitus non sit, at introitus.78 *Ad Christum.*Achura spei nostræ, navis fidei, mare amoris,
Terra sal, coeli sol, animæque salus:
Morte tua lectum delerum, mortua mors est:
Credaret at mortem quis potuisse mori?79 *Philautia.*Crimina qui cernunt allorum nec sua cernunt:
Hi sapiunt aliis, despiciuntque sibi.80 *Vita.*

LIBER TERTIUS.

57

Vitæ Sanctorum.

Sanctorum vitas legere, & non vivere, frustra est:
Sanctorum vitas digne, non legit.

Patria.

Es domi ubiq; Bonus, Sapiens non exultat usquam;
Omne solum Forti patria & omne salut,
Exilium est ubicumq; male est, patria est, ubi contra;
Patria ubique bonis, exiliumque malis.

In Athaeum.

Præteriti tibi nulla fides, spes nulla futuri;
Præsentis totum re tener unus Amor.

In Hæreticos.

Aurum Virgilius de stercore colligit Enni:
Ex auro stercus colligis Hæreticus.
Laudationis multiplex effectus.

Ad Encomiasticos.

Fit melior laudando bonus, pejorque malignus,
Cautior astutus, simplicior stolidus.

Festina lente.

Nemo repente bonus: lente properare memento;
Virtutis quamvis ingrediare viam,
Utile consilium si inutile festinanti
Collige primo animum, corrige deinde, tuum.

Invidius & Stultus.

Deficit hunc ratio recta, illum mens bona; verum
Cernere dum non vult ille, nec iste potest.

Aoγος.

Sermo Dei totus Ratio est. Oratio noster: (mo,
Sic **A**oγος est, loquitur quod Deus, & quod ho-

Opino.

Credere vult nemo, credo sibi quisque, fidemque,
Sicut amicitias, utilitate probat.

Ars.

Natura in gremio Deus artes condidit; ut sit
Usque quod acquirat quodque requirat homo.

Apologia Adami.

Cur ego peccati quasi princeps arguor auror,
Non ego peccavi primus; at Eva prius.

F

91 Ser-

58 LIBER TERTIUS.

91 Serpens.

T Engator tuus ipse , tuus deceptor es idem .
Te qui tentaret , tu nisi , nullus erat .

92 Semper eadem .

U Nus in orbe Deus semper fuit , est , erit idem :
Cur non est eadem semper & una fides .
Una fides , velut una dies , illuminet orbem ;
Unus ut in celo Sol , & in orbe Deus .

93 Oratio mentalis .

S It purum peccatum domus oratoria , lector
Spiritus , & mundum cor manuale precum .94 Quinque vulnera .
P harmaca sunt potius , quam vulnera , vulnera
Curat enim plagis vulnera nostra suis . (Christi)
De Amicitia adumbrata .

95 Ad D . Joannem Suckling , amicum suum .

D um sol obscurum radiis illuminat orbem ,
Est individuus corporis umbra comes .
Quamprimum liquidus nebulis offunditur aer ,
Ecce repente tuum deserit umbra latus ,
Te , bona dum splendet fortuna , sequentur amici ;
Ut te , dum lucet sol , solet umbra sequi .

96 Virtus .

N on est in verbis virtus , at rebus inheret ;
Res sunt , non voces , Spes , Amor , atque Fides .

97 Rachel .

S ublatum natum quare fles ; cumque dolore
Perdis eum , quem non absque dolore paris .

98 Salomon .

P rudentes quot sunt , tot sunt miracula mundi ;
Nam mirabilius quid sapiente vita ?At Salomon Septem senior Sapientibus ergo
Octavus non est , primus at esse potest .

99 Spe .

C um mihi sit casus prudentia nulla futuri ,
Quid speremve boni , quid meruamve mali ;
Non despero tamen : cum spe mihi spiritus exit :
Producit vitam spes mihi longa brevem .

800 Igne .

100 *Ignorantia humana.*

VIvere vix quid sit novi , mirum nihil ergo,
Si quid sit nasci nefcio , quidve mori.

101 *Christus via.*

AD calos vis scire viam tibi qua sit eundum?
Ad te descendit calitus ipsa Via.

102 *De Fama. Ad Nobiliss. max. spes adolescen-*
tem D. Joan. Harrington. Equitem.

QUxito virtutes , virtutum Ispenito laudes :
Nominis est etenim gloria non hominis.

103 *Fides.*

Pythagorea Fides est inter dogmata princeps,
Quicquid Pythagoras dixerat, *Avto's i'Qn.*

104 *Aequanimitas.*

SE morris venit , seu nondum venerit , hora:
Culpa est velle mori ; culpaque nolle mori,

105 *Tempora novissima. Ad Amicum suum Ca-*
rolum Raves. Theolog. & Doctorem.

Tempora , si non ero , novissima prima fuerunt,
Nempe novum tempus , cum novus orbis , erat,
Dic mihi jani veterum lector studi se librorum ,
Hoc tempus nostrum sit vetus , anne novum?

106 *Voluntas.*

VIs bonus esse , velis tantum , fiesque volendo :
Is tibi posse dabit , qui tibi velle dedit.

107 *Ad Solem.*

PHoebis octogies terra pulcherrime major,
Innumerabiliter cum videare minor :
Qui mihi tantillo vermi , Sol tante , videris
Tantius , heu videor quantulus esse tibi ?

108 *Probitas.*

VIr sapiens plerumque bono est sapientior ; esto :
Dummodo sit melior vir sapiente bonus.

109 *Homo.*

COr , nisi cura , nihil ; caro nil , nihil triste cadaver:
Nasci , agrorata est ; vivere , fæpe mori.

110 *Multiloquium. Ad Prædicatores.*

Sermones crebri morum sunt signa malorum :
Nam quid opus verbis est , ubi facta vides ?

60 LIBER TERTIUS.

111 *Mors contra & secundum naturam.*

Non prius auferres prolem, quam dura parentem
O Mors, naturam si sequerere ducem
Naturam in vita, naturam in morte sequamur;
Vult Natura hominem vivere, vultque mori.

112 *Eloquentia.*

FAcundus non est, qui multa, at qui bene dicit;
Ut nec fœcundus, qui mala gignit, ager.

Deus.

Ut prohibent oculum nebula discernere cœlum:
Sic vider ob mentis nubila nemo Deum.
Nenio Deum vidit; pauci audire loquentem;
Hinc tam rara * fides, at mage rarus † Amor.
* Fides ex auditu, † Amor ex visu.

Ad Ponticum.

Sæpe rogas, Quot habes annos, respondeo, Nullos:
Quomodo ? quos habui, Pontice, non habeo.

I5 *Ad Carolum Rives, Theolog.* *Do Eboracem, ve-*
terem amicum. *De Amore & Amicitia.*

Natura à longa quod confutetudine differt,
Hoc ab amicitia, Carole, distat amore.

Principes.

Pré vobis pietatem & Religionis honorem.
Semper & antiquam fertis in ore fidem:
Religio sed vos augendi accedit honoris,
Non restaurandæ Religionis honor.

O tempora! ô mores!

Cur accusat homo mores ac tempora, culpam
Moribus adscribens temporibusque suam?
Non in temporibus vitium est, aut moribus ullum,
Non vitiamur ab his temporibus, sed in his.

Philosophia.

Plurima scire volunt omnes, at credere pauci,
Hinc multi credunt plurima, pauca sciunt.

Malum infinitum.

Mille modis morimur mortales, nascimur uno:
Sunt hominum morbi mille, sed una Salus.

De Controversiis.

Theologi certant, & adhuc sub judice lis est;
O utinam lis sub Judice tota foret!

Theio-

LIBER TERTIUS.

Theologi certant, & adhuc de judice lis est :

O utinam lis de judice sola foret !

Tanta vel in nobis utinam lis esset amoris ,

Quantus , in hoc lacero tempore , litis amor.

Christus in eruce.

In medio Christus latronum quando pependit,
Aut nunquam , aut Virtus tunc fuit in medio.

I 22 *Temporis filia.*

Q uod verum est , lateat quamvis aliquando patebit
Hinc & apud Grajos nomen *ἀληθεία* habet.

I 23 *De Medicina & Jurisprudentia.* Ad Henricum Mar-
tinum. Doctorem V. Juris prudentiss. & Joannem
Grifford, Doctorem Medicinae peritus-
simum. amicos suos.

Vivre nature si convenienter amarent

Mortales , medica nil opus esset ope.

Si saperientia . rixis avidisque carerent

Libitus , & queruli garrulitate fori.

Sic incompositus post scriinia Bartolus iret,

Et mus illeculum roderet Hippocratem.

Conjuges.

Disordes nos tota domus non continet ambos ,
Concordes leitus non tamen unus habet.

I 25 *Dies brevissima.*

Una dies nostra suprema brevissima vix ;
Est etenim fini proximus ille dies.

I 26 *Querimonia virtutis.*

Rarus amoris, amor, virtutis nullus amator;
In pretio pretium nunc, in honore honor est.
Divitiae prostant , emiturque pecunia nummis ;
Et sua jam virtus prenua vilis emit.

I 27 *Durus pater.*

Ignatum quo , dure parens, es parcior , hoc es
Largior ; huic moriens omnia namque dabis.

I 28 *Oratio ad Deum in Morbo.*

Naturae natura , Deus bone, cum mihi posse
Vivere sustuleris , da mihi velle moti.

I 29 *Ad litigatores,*

Si judex tibi surdus erit , desertus abibis,
Et fructuaria , amissa lite, desertus erit.

62 LIBER TERTIUS.

Judicibus plusquam juri studuisse juvabit;
Hos tibi, quam leges, conciliato prius.

In Brunoniam.

In stiruere patres ideo jejunia nostri,
Ut caro spiritui pareat, ille Deo:
Tu semper plena servas jejumia mensa,
Spiritus ut carni serviat, illa tibi.

Tempus.

Omnia fert ætas secum; auferunt omnia secum:
Omnia tempus habent, omnia tempus haberet.

Cessatio miraculorum.

Aebreviata Dei, siquidem miracula cessant,
Est manus? an portio nostra minuta fides?

Ad Itrum,

Vivere te semper velles? tu vivere semper
Non potes: at semper vivere velle potes.
At cum tam misere vivas, ego nescio quare,
Velle licet possis vivere, posse velis.

Scientia.

Judice me, foli semperque periude beati
Sunt, quicunque sciant omnia, quique nihil.

Christus.

In his noctis ut est aurora, & origo diei;
Quo plus in vita dormio, vivo minus.

Quis tu?

Queis oculos videam ipse meos oculi mihi defunt.
Qua mentem videam mens mea mente caret.
Si mens; una mei pars optima nescio quid sit,
Undi tibi possum dicere, sim quid ego?

Regnum Cælorum.

Reignum cœlorum, quo non parer amplius ullum;
Cur ad tam paucos pertinet? arcta via est.

Dolor & voluptas.

Cor corpusq; dolor præfens gravat usque, futurus
Suspensum cruciat, præteritusque juvat.
Præfens præterito juvat emta dolore voluptas;
Venturo præfens emta dolore nocet.

Peprus.

Ultimus in Solyma Kaiphas fuit urbe sacerdos;
Ur perhibent, Roma primus in urbe Kephias.

De

LIBER TERTIUS.

63

De somno.

I 140 *S*i somnus nihil est nisi mors, nil mors nisi somnus,
Quo plus in vita dormio, vivo minus.

Roma.

I 141 *N*cepto fratrem Cain orbe occidit Abelem.
Incepta fratrem Romulus urbe Remum.
Roma Remi polluta recens, ut mundus Abelis,
Sanguine : principium est Orbis & Urbis idem.

Hominis perfectio.

Uniusculjsque res perfectio summa
Est, ad principium posse redire suum;
Tunc igitur perfectus homo summeque beatus.
In caelum & terram quando revertar, ero.

I 143 * *D*omine, adage fidem nostram,
* *L*uc. cap. 17.

Non augenda fides, potius minuenda videtur.
Vix cum sint homines tot, quor in orbe fides.
Sortitur sibi quisque fidem, sibi quisque magistrum;
Nunquam plus fidei perfidiæque fuit.

*Domine, diminue fides nostras.**In avarum.*

I 144 *M*probus Herculeum Nihil-ultra transit, avarus
Plus ultra Caroli semper habere cupit.

Bonum Transcendens.

Transcendit Genus omne Bonum, nullisq; tenetur
Finibus, est igitur nullus in orbe Bonus.

Omnia vanitas.

Desteret mores, si vivere, Heraclitus;
Nostraque rideret tempora Democritus:
Quanquam ad ridendum curas & inania mundi,
Splenis Democritus non satis unus haber:
Ad casus hominum, lacrimarum rore rigandos,
Heraclite, oculi non facis ambo tui.

In Epicureos.

Sæpe ego de Veneris juvenes brevitate querentes
Audivi, & vitæ de brevitate senes.
Vita voluptatis brevis est, vitæque voluptras;
Qui pariter parvi pendit utramque, sapit.

Opera.

Qui bene fecerunt, illi sua facta sequentur;
Qui male fecerunt, facta sequentur eos.

F 4

149 *Ini.*

64 LIBER TERTIUS.

149 *Initium sapientiae timor.***S**peraret cœlos nemo , si nemo timeret
Infera , prudenti spem facit ipse metus.150 *In Battologum.***N**on contentus eo , doctas quod inanibus aures
Vocibus , & tempus garrulitate teras ;
Post longo enētum sermone levique popellum ,
Temporis aggrederis de brevitate queri.
Oxonium redeas , melius distinguere discas ;
Sermo quidem longus , non breve tempus erat.151 *In eundem.***N**ulla sat ut Tulli est oratio longa diserti ;
Sic tua , Batte , brevis concio nulla satis.152 *In Polytheos.***O** Stolidæ gentes , quæ vos dementia cepit ,
Plures quam mundos esse putare deos ?153 *De ingenio & studio.***I**ngenium , studio si non acutatur , habescit ;
Utrumq[ue] , assiduum eos nisi præstet opem .
Ingenium studii alitur , teritur quoque , sicut
Tela terendo acuit eos , acuendo terit.154 *Noſe teipſum.***Q**ualis sit , talem se nemo intelligit : atqui
Se meminit puerum vir , juvenemque senex .155 *Ars longa , vita brevis.***V**T solide sapiat , nulli sua sufficit ætas ;
Mots prius à tergo , quam sapiamus , adestr.156 *In Moranum senem.***N**on discenda modo , sed dediscenda supersunt
Multra , Morane , tibi , si bonus esse velis ,
Dediscendo bonus discendove quomodo has ?
Difficile ætati cum sit utrumque tuæ.157 *Ad D. T.***D**upliciter miser es , quia felix ante fuisti ;
Dupliciter felix , qui fuit ante miser .158 *Omnis querunt quæ sua sunt.***N**on querit Christum Laicus ; sua commoda querit .
Nec tu tu Xerxes , Clere , tu Xerxes amas .159 *In*

LI

150
Cipellistel
Tun ben
le promera
Effe potest160
R Espice pri
Calum161
Nll Senus
Nll Senus162
De

U Trilis in

Una
Nempe bi
Ut Log163
S Unu
Cam164
Præuen
P Ut165
M And
N

166 De

A Rhor

A Im
Vita fide

Spe vir

Primi Fide

Credere

167

e

Si queies p

Mundus p



In Brunonianum.

Cui pestis testis divina creditur iræ,
Tam bene , Brunoni , qua ratione vales ?
In promptu ratio est; qua non capitalior ulla
Esse potest , patria pestis es ipse tuæ.

Respicie finem.

Respice principium potius , fed prospice finem,
Cœlum suspiciens , despiciensque solum.

Sensus, Ratio, Fides, Caritas, Deus.

Nil sensus ratione carens ; ratio fidei expers;
Nil sine amore fides , nil amor absque Deo.

*De Prudentia. Ad amicum suum
D. Thomam Bridges.*

UTilis in rebus prudentia semper agendis,
Una est virrutum ludimagiſtra trium.
Nempe bonum in vita quid sit , Prudentia monstrat;
Ut Logice, verum quid sit in arte, docet.

Ad Parentes.

SUm tua , care pater , tua sum caro , mater in una
Carne mea duo vos estis & una caro.

Prudentia & Fortitudo.

Prudentis cavisse viri est mala , ferreque fortis.
Ut mala non metuat , ille , nec ille ferat.

In sudore vultus tui.

MAndere qui Panem jubet in sudore diurnum,
Non dabit æternas absque labore dapes.

*De Fide & Caritate. Ad cognatum suum,
Audanum Gwyn. Theolog.*

Arbor uti plantanda prius quam fructus habendum,
Inter virtutes prima docenda fides.
Vita fide paritur , tamen haud sine amore ; ut egenus
Spe vivit , sed non absque labore tamen. (el)
Prima Fides igitur , princeps Amor est ; quia magna
Credere , sed virtus major amare Deum.

167 * Si oculus tuus dexter , &c.
* Matth. 5. 29.

SI quoties peccans dextri effodiantur ocelli,
Mundus in exiguo tempore luscus erit.

168 *Ad-*

66 LIBER TERTIUS.

168 Adverbia Christiana. Ad amicum
suum lo. Tovey.

A Dialectiva parum profunt. Adverbia multum;
Non bona tam pensat quam bene facta Deus,

169 Vita brevitas.

INfanti nondum nato par omne futurum
Judico, defuncto præteritumque seni.

Tollito præteritum de vita, tolle futurum,
Quantillum vitæ, quod tibi re stat, erit?

Lex Talionis.

170 In Aulam.

M Ajorum nunquam, Aule, legis monumenta tuo.
Mirum est, posteritas si tua scripta legat. (rum:

171 Tempus.

T empus edax rerum. nos & terit omnia tempus :
Nos terminus tempus. jam lumen ergo pares.

172 Abundans cautela, Ad Michaelem
Heyden, amicum suum.

N ill temere facias, timide nihil, omnia caute :
Cuncta cito, fero nil, subitoque nihil.

Natura es timidus ? fortè prudentia reddet;
Nemo cavenda timer, qui metuenda caver.

173 Joannes ad apposum.

C oncurrat veterum licet in te turbe, potes tu
Hac omnes una vincere voce ; Nego.

174 J ustificatio.

J ustificat hominem sua facta fidesne fidelem?
J ustificat solus facta fidemque Deus.

175 Dies Judicij.

Q uo respondebunt homines, & ad omnia, & o-
Judicio tanto num faris una dies? (mnes,

176 Ad Marianum.

O derunt peccare boni virtutis amore :
Sunt igitur pauci nunc, Mariane, boni.

I mprobitas ranti, probitas tam denique parvi
Penditur : ut probrum pene sit, esse probrum.

177 M. Magdalena fletus.

S urgunt ex una fonte duo monte perennes,
Unde duplex falsæ labitur amnis aquæ.

178 De

179 Cœlirus or

Corporis

179 Nleto tua
Quid mi

Orantis qua
Sic audir

180 Urnigeris
Spedali

181 E stmale
Success

182 D ivit
O rbi

* J udic

183 S enfus

Velle fu
Præte

184 V iu ju

D iu

185 Q uie

T e

186 F atra reg
Notis

187 I nfus

M ortuus i

N on ha

L atio viti

I spes et in

De Anima.

Coelitus ora mihi mens, non ex traduce; nam si
Corpo cum reliquo mens oritur, moritur.

In Marcum

In lecto tua vora facis, resupinus adoras:
Quid mirum, ignavas Marce, perire preces?
Orantis quasi non orantis inania verba
Sic audit, quasi non audiat illa, Deus.

Infernum.

Ut niger in niveum nulla refert arte colorem;
Spectat ab inferno sic via nulla retro.

Ad amicum pauperem.

Est male nunc: utinam in pejus fors omnia vertat
Succedunt summis optima saepe malis.

Partes mundi.

Dividitur totus partes in quatuor orbis;
Orbis quot partes, sunt tot in orbe * Fides.
* Judaica Christiana, Mahometana, Pagana.

Discordiarum causæ.

Sensus quemque suus. Ratio sua quemq; gubernat;
Velle suum cuique est, & sua cuique Fides.
Velle suum cuique est, fratrum hinc discordia: ut in
Frates conveniat, nil nisi velle deest. (ter)

Liberalis.

Vir justus dat cuique suum, sed te dare oportet
Dicitibusque suum, pauperibusque tuum.

Sapiens.

Qui rerum novit causas, ac tempora servat,
Temperat affectus, ordinat acta, sapit.

Sapiens.

Fata regunt fatuos; sapiens dominabitur astris:
Non farum, at * factio se regit ipse suo.
* id est, sapientia.

Insanus anonymous ante baptismum
mortuus.

Mortuus heu! nec lotus aqua, nec nomine mortuus,
Non habui nomen quod tibi, Christe, darem.
In libro vite tu me sine nomine scribas;
Spes est in solo nomine nostro tuo.

188 Adu.

68 LIBER TERTIUS.

188 *Adulator & Invidus.***Z**oilus & Gnatho non re sed nomine distant;
Virtutem ille bonis invidet, iste malis.189 *Amor & amicitia.***N**odus amicitiae rumpendus propter amorem?
Propter amicitiam non violandus amor.190 *Petrus & Paulus.***I**mperium gladio, sed opes sub clave tenentur;
Dicitor est Paullo scilicet inde Petrus?
Esse inopem, divum sua dicit epistola Paullum:
Hoc sanctus de se nullibi Petrus ait.191 *Socrates.***N**isi scis, unum hoc scis; aliquid scis & nihil ergo;
Hoc aliquid, nihil est: hoc nihil est aliquid.192 *Homoo.***P**lorabas cum natus erat: fuit ergo voluntas
Nulla tibi nasci; cur dolet ergo mori?

The winding sheere.

193 *Ad Paullum sepultum.***E**x utero martis venisti nudus in orbem:
In terram testus sindone, Paule, redis.
Plus auferis igitur tecum quam, Paule, tulisti,
Plus redditis matri quam dedit illa tibi.194 *Ad letteram aulicum,***S**i sapient hic multa scholam perpaucata sed aulam:
Scito quod haec aula scriptissimus, illa scholae.195 *Prudens Simplicitas. Ad amicum amicissimum, Joan. Clapham.***V**T nulli nocuisse velis, imitare columbam,
Serpentem, ut possit nemo nocere tibi.196 *Oculi Republica.***L**Ex & Relligio junxerunt foedera: pravas
Hæc hominum mentes comprimit, illa manus.197 *Ad Joannem Grifford, Medicinæ Doctorum periculum.***A**rtis Apollineas quod sis; Grifforde peritus,
Haud mirum; nosti corpus & ipse tuum.
Si non Galenus jubet hoc, at doctus ApolloJussit: Apollineum *veritas et aurum* erat.

198 Cir.

198

*Cornicula. Anser.**Cornicula.*

Alera me in terris non est facundior ales.
Anser.

Tu me plus loqueris : plus ego scribo tamen.

199

Miseria Job.

Divicias Jobo, sobolemque ipsamque salutem
Abstulit (hoc Domino non prohibente) Sacar,
Omnibus ablatis misero , tamen una superstes,
Quæ magis afflictum redderet, uxor erat.

200

** Pauls and Westminster.*

*Templum Divi Pauli ; & Monasterium Sancti Petri.

Fliscus ad Occiduum stat Regius & Fora Petrum
A L B A nec à Princeps Aula procul.

Ad divum Verbi præco mysteria Paulum
Explicat & merces Bibliopolia facras ?
Omnia convenient, sit Paulus ut hic, Petrus illic;
Dicitur hic Paulo, doctior ille Perro.

201

*In Conjuratores, qui 5 Novembris, die Martis,**1605. subiecto pyram pulvere Curiam**Westmonasteriem diffla-**re instituerant.*

Exima celsum tellure lacestere cælum :
Eque loco superos inferiore Deos ;
Quid si non hoc est imponere Pelion Ossa,
Et turris in terris ædificare Babel ?
Atque iterum in cineres Trojanam verttere gentem,
Inque tenebrosum volvere cuncta Chaos ?

202

In eodem.

Ergo novam in cineres voluisti verttere Trojam
Perjuri fato quo perire Phryges ?

Non fuit infando lux Martis idonea fato :
Mercurii Cinerum nam solet esse dies.

203

Rex ad Britanniam.

Fama meæ mortis nuptibi nuncia venit.
Nolito famæ credere : crede mihi.

204 *Ad Angliam, de Unione Britannica.*

In terra xterna Britones jam pace fruentur ?
Ternus enim populus qui fuit, unus erit.

G

Wallis

198 b

70 LIBER TERTIUS.

Wallia cui vallum contingit, Scotia scutum,
Anglia, securam jam licet esse tibi.

205 Ad Thom. Neville; D. Henr. & D. Mar.
ria Neville maxima spes & optimæ
indolis filium.

O Rte Nevillorum puer alto à sanguine, dulti
Pingitur in vultu cuius uterque parens;
Exprimis & mores, non corpora sola parentum;
Matris virtutes, ingeniumque patris.

206 In obitum Nobiliss. D. Caroli Blunt,
Comitis Devonie, 1606.

C Arole, laudandus dubito magis, anne dolendus,
Elegio dignus sis, Elegone magis.
Mortuus es; de te multi iam multa loquuntur:
Optima quæque boni, pessima quæque mali.

207 Ad Lectorem.

Q Uæ legis hic, sunt curta Epigrammata, sunt quo-
que pauca:
Nam si multa forent curtula, longa forent.
Q uæ legis hic, sunt pauca Epigrammata, sunt quoque
curta:
Nam si longa forent, paucula multa forent.

208 De viva voce, & Scriptis.

S It verbum vox viva licet, vox mortua scriptum;
Scripta diu vivunt, non ita verba diu.

Tertii libri Epigrammatum.

F I N I S.

E P I

T I U S.
elia frorum,
tibi.
i & D. Ma
optime
nguine, doli
roque parent;
ola parentum;
patris.
Blunt,
is, anne dolecula
magis.
a loquuntur;
queque mal.
mimata, fumy
ga forent.
nata, sunt quoq
ta forent.
rta scripsit;
ba diu.

EPIGRAMMATICUM
JOANNIS OWEN
CAMBRO-BRITANNI.

*Ad Excellentissimam & doctissi-
mam Illicoianam,*

D. ARBELLAM STUART.

Liber singularis.

JOA

EPIC

1 Ad hunc
Dnu

Regis proge

Nec min

Ingenii frug

Primitus

Seque illi ca

Consecra

2

ATeneris

Aripi

Te non adu

Res facie

Facit & in

Ne quis a

3

INnumeris

Arbitrio

Fortian & il

Rarior &

4

Qvis nisi m

Offerat

*Quod rulgo

Voca

5

EThicus & inqu

Effe tamen

6

Thlaszimo la

late duo am

Ad D. Joann. Audiōnum.

Fastidita meæ fuerant Epigrammata Musæ ;
Janque satur Carmen pene perosus eram :
At tua jucundum referunt mihi scripta saporem ;
Provenit ex versu nausea nulla tuo.

Joah. Harington, Eques.

Ad D. Joann. Audiōnum.

MUlti scriperunt Epigrammata , nuper & olim,
Quorum vix equidem nomina nota reor :
Atrua (ne dubites) vivent Epigrammata : vivent,
Dum facer in pretio sermo Latinus erit.
Laus tua cum terra stabit , coloque manebit ;
Nec , nisi cum mundus concideret ipse , cader.

D. Dn. Tr. Med.

Idem ; De eodem.

Sive jocos lepidus , seu feria tractat Oēnus ;
Autorem hunc aliud nil agitas putes.
Sive paludatus Lector sit , sive togatus ,
Applicat hic genium Scriptor utrique suum.

JOAN-

75

JOANNIS AUDOE NI
EPIGRAMMATUM.

LIBER UNUS.

1 *Ad Nobilissimam & Doctissimam Heroinam,
Dominam Arbellam Stuartam.*

R Egia progenies, genere illustrissima Virgo,
Nec minus ingenio nobilitante genus;
Ingenii fructus tibi fert offertque secundos,
Primitias Domine qui dedit ante fusa.
Seque tibi tanquam bella Virtutis in ara
Confecrat, ingenium sacrificatque suum.

2 *Ad eandem.*

A Teneris idem tenor, & constantia viræ,
Arguit ingenii vim geniumque tui.
Te non adversæ timida cumidamve secundæ
Res faciunt, eadem frons tibi menisque manet,
Fecit & in Populo tua spectatissima virtus,
Ne quis adulari me tibi posse putet.

3 *Ad librum.*

I N numero dicendi tibi sub judice causa est;
Arbitrium de Te non duo trefve dabunt;
Forsan & ille&tus temere damnabitur Autor;
Rarior & lector quam reprehensor erit.

Unio.

4 *Ad Britannos.*

Q Uis nisi mentis inops oblatum respuat aurum?
Offertur nobis * Unio: respuitur.
* Quod vulgo Perlana dicimus, Latini Unionem
vocant.

Vacuum.

E Thicus δ inquit quantum est in rebus inane!
Est tamen Physis monstat inane nihil.

6 *In Zoilum.*

Z Oilus æterno laceratur carmine; quanquam
Ante duo annorum molli a mortuis est.

Anne

G 3

JOAN

EPIGRAMMATUM!

74 Anne quod hæredes post se tot in orbe reliquit,
Pro tota pœnam posteritate luit?

7 A Centro ad Circumferentiam.

A Centro ad circum non unica linea ducit:
A terra ad Cœlum fert tamen una via.

Gallicinium.

8 Ad H. Principem.

A Nglorum sensit virtutem Gallia; folus
Ad Galli cantum non fugit iste Leo.

Bellum Grammaticale.

9 In Quintum.

E Stnummus Nomen, Verbum pr omittere: Quintus
A quo sperabam Nomina, Verba dedit.

Tres Dimensiones.

10 In A. Battologum.

V Ox tua mensuris desiderat è tribus unam:
Lata satius, nimium Longa, Profunda parum.

11 Ad Leñorem, de tribus prioribus Epi-
grammatum Libellis.

S Iicut post variis quinquagénariis partus
Jam reliquos soboli transit inepra dies:
Sic, tribus emissis vena meliore libellis:
Aridus ingenii jam sterile scit ager.

12 Ad Simonem Waterson, Bibliopolam.

W Aterfone, mei susceptor prime libelli,
Dum fueris gratis, Bibliopola Simon:
Sint quamvis contra sacras monopolia leges,
Ingenii fies tu monopolia mei.

13 Salum.

S Alsa sitim pariunt: nihil æquore falsius. Ergo
Quid mirum dulces quod bibat æquor aquas?

Solsticium.

14 In Ponticum atheum.

S Olstium viræ, Mors est; Sol stare videtur,
Non stat: homo que mori. Pontico, non moritur.

A Librum.

P Arve Liber, patriis monitis munitus in Aula,
Discito, fortunam fortis utramque pati,

Illuc

LIBER UNUS.

75

Ilic invenies aliquem tibi forsan amicum ;
 Atque aliquis contra qui male dicat, erit,
 Si quis erit nimium rigidus, nimiumve molestus,
 Non me, sed dominum, dic, reprehende meum.

Aulicimus.

16 *Ad Amicum Aulicum.*

ARISIT tibi Rex? ridebit & assecia magni
 Regis, ut ad motum corporis umbra moveret.
 Perficit frontem Rex? Aulicus illico vultum
 Contrahit, ut, cum sol occidit, umbra fugit.

In Corbulonem.

QUÆRITUR in capiti's frondosi vertice quare
 Non habeat crinem corbulus? crimen habet.

18 *Ad Pontilianum.*

PINJUS Christophorus te, Pontiliane, vocavit;
 Non te, sed nummos, Pontiliane, tuos.

19 *Ad D. Edv. Herbertum ordinis Bathon,*
equitem de Clifffum.

TE versus laudare meos mihi fama susurrat:
 O par si possem laudibus esse tuis!
 Qui tenues tanto Musas dignaris honore,
 Pignus es à Musa tu meliore cani.

Invidiæ Genealogia.

20 *Ad D. Joannem Harringtonum Equitem,*
D. Baronum Harringtoni heredem,
maximæ spes adolefecit.

INvidiam virtus peperit, partamque tueretur:
 Ex virtute unum nascitur hoc virtutem.
 Hoc Epigramma tibi quæris cur dedico? dicam:
 Sperare invidiam nam tibi jure licet.

21 *De Virtute, Paradoxon.*

IN medio virtus vitiorum quæque duorum est:
 Praefaret, vitiis si force sit locus.

Septem Planetæ.

22 *Ad Paulam.*

ERANTES inter stellas bene, Paula, norasti
 Quinque mares, generis formineque duas.

CMLV

, 23, 12

67 EPIGRAMMATUM.

23 In Marcum.

Plus tibi pollicitis præstandum, non minus: unde
Una data est homini lingua, manusque dux.
At tu nil prestat; promitis plurima; tanquam,
Marce, dux linguis sint tibi, nulla manus.

24 Sacerdos Romanus.

Vis sit adulterium non dignum morte, sacerdos?
Haud mirum; conjux est tibi nulla: fapis.

25 Minister Genevensis.

Vis ut adulterium plectatur morte, Minister?
Haud mirum; conjux est tibi bella: fapis.

26 Philantus Poëta.

Proxima quod nostris sit maxima Luna videtur
Sensibus; ex septem sit minima illa licet.
Sic Vatum videor, quia sum mihi proximus ipse,
Sim quamvis minimus, maximus esse mihi.

27 In tenacem Clientem.

Miratis clausi quod sint sibi judicis aures,
Cum tua judicibus non sit aperta manus?

28 In quandam Asinum.

Cur Asinum voco te, potius quam nomino, queris?
Non asinus dantur nomina, dantur equis.

Imago in speculo.

29 Ad Pontiam.

Subridet, quasi te ridentem cernat imago:
Irrigat & moestas, te lacrymante, genas;
Cum dormis, oculos claudiit; recumque movetur;
At tu dum loqueris, dicit imago nihil.

30 Permutatio Glauci.

Esuriens fratri onine suum jus vendidit Esau,
Jacobus fratri jus dedit omne suum.

31 Ad quandam somniatorem.

In somnis ignora prius mysteria discit,
Multaque, te vigilem quæ latuere, doces:
Quanto plus igitur scires, si mortuus es,
Tamen bene quam docuit mortis imago loqui?

Wallia

Wallia & Cantia, alias Cantium.

32 Ad D. Robertum Cotton, Equitem
D. Clifffimum.

Antiquam retiner gentem non Wallia nomen :
Non gentem , at priscum Cantia nomen habet,

Heautontimorumenos.

33 Ad cognatum suum, D. Theodorum
Price, Theologum.

Angelus est nimium felix , quia corporis expers:
Bruta nec infelix bellua , mente carent.
Solus homo miser est , ira mente & corpore constat,
Sentiat ut fragilem se , miserumque sciat.
Scilicet omnis homo(Menedemi nam fumus omnes)
Se ratione angit , non ratione regit.

34 In Linum.
Te mihi devinxi ; credebam cum tibi nummos.
Me tibi devinctum vis ? mihi reddere meum.

Cælibatus.

35 Ad amicum suum , D. Robertum
Bouyer cælibem.

Si cœlum meritis adscribitur , & benefactis,
Cælestu , cœlum quo merearis , habes.

Vx foli.

36 Ad amicum suum , Joan. Suckling.
conj. gatun.

Principio cœlum , terramque hominemque creavit,
Cur , nisi quod solus noluit esse Deus ?

In Marcum.

37 Esse potest dives promissis quilibet , inquis ?
Pollicitis dives non ero , Marce , tuis.

38 In Aulum Athem.

De Cœlo tecum fieret cum sermo , Deoque ,
Tecum , qui Numen nomen inane putas ;
Vere dixisti : Quæ supra nos , nihil ad nos .
Orcus enim ad veitrum pertinet , Aule , gregem.

Homo Histro.

Spes Argumentum vita (nam Fabula vita est)
Mundus Scena , Fides Prologus , Actor Amor.

40 Ad

40 *Ad Lectorem.*

Cur ego ram studeam brevitati, forte requiris :
Hoc factum est causa, Lector amice, tua.
Sicut iter longum facienti, onerosius auro est
Argentum; longum sic Epigramma brevi.

41 *Style novo.*

Urbs veterum cultrix, rerumque inimica novarum
Impulsit Fastos cur sibi Roma novos?

42 *Ad Marinum, de amica sua,*

MObilitas coeli laus est; Constantia terræ
Gloria, quæ stabilem servat in orbe statum;
Unde, Marine, tibi cœlestis tota videatur,
In se terrenum nil tua Phyllis habet.

43 *Eos lapfus.* The weaker vessel:

EClipsum raro patitur sol, luna frequenter:
Est magis ad lapsum formina prona viro.

Nec in hoc seculo, nec in futuro.

44 *In Damianum.*

Seu res praesentes considero, ave futuras,
Nemo hominum magis est te, Damiane, miser.
Improbus es: nil te secum juvat ergo futurum,
Stultus es: hoc secum te juvat ergo nihil.

Carendo magis, quam fruendo.

45 *In Pontium.*

Ingenium scis quid valeat, quid, Pontice, virtus,
Si rerum scitur verus egendo valor.

46 *Homicidium.*

Unus homo per se ipse potest occidere mille,
Unum hominem possunt vix generare duo.

Amicitia.

47 *Ad Amicum suum, D. Thom. Bridger.*

Cur similis similem sibi querit? amicus amicos?
Uno nemo potest in pede stare diu.

48 *Ad D. Joannem Harringtonum Equitem, D. Barnonis Harrington filium, bonarum literarum virtutisque studiosissimum, adolescentem.*

Si vultu virtus incognita proditur, existans
In vultu virtus ingeniumque tuo.

E.R.

Et in hoc
Toveus in
Quandoquid
Doctores

49 *Virgili du*
Alter:

50 *In que*
rum

Pater fo
Sijulos
Statue abdu
Tu proper
Vis pereat

51 *Incendit*
Quidan
Si tu dente
Forlan in
Usque licet
Uique lice

52 *Isagunda*
TU quoque
Uzzelun
Cur fratria
Si pecuniam

53 *Comjugis*
Corin
Eccligitis m

54 *Dilege vicin*
Se, ing

55 *Feminis Foru*
Non amat ign

56 *Traditor in lon*
Lenta mag

Es & in hoc spectata tui prudentia patris.
Toveus ingenii quod tibi cultor adest;
Quandoquidem similes dat nostra Britannia paucos
Doctores illi , discipulorum tibi.

49 *In Polydorum Virgilium.*
Virgilii duo sunt : alter Mato , tu Polydore
Alter : tu mendax , ille Poeta fuit.

50 *In quandam Momum , priorum Epigrammatum Censem iniquissimum.*

Inter tot sceleratorum centena , tulisset
Si justos tantum quinque Gomorra viros;
Staret adhuc .
Tu propter paucos , leviuscula carmina , lufus,
Vis pereat totum , livide Lector , opus.

51 *In eundem.*
TIncendit Triviz sacra templa , ut nomen haberet,
Quidam nefcio quis : nec puto nomen habet.
Si tu dente nigro carpis mea carmina : speras
Forsan in hoc quarto nomen habere libro.
Usque licet per me rodas mea carmina , carpas
Usque licet ; fallam spes ego (Mome) tuas.

52 *In quandam domesticum obtrebatorem.*
TU quoque , mi frater , fratrem carissime carpis ,
Illasum lingua nec finis ire tua ?
Cur fratri invidias , meruit si carmine laudem ?
Si pœnam ; fratri parcere , fratri erat.

53 *Cornutus.*
COnjugis ob furtiva negotia cur ego plector ?
Corniger à populo prætereunte vocor ?
Et digitis monstror ? Nam quæ non fecimus ipsi ,
At vos (nefcio qui) vix ea nostra voco.

54 *In Philautum.*
DUlige vicinum veluti te diligis ipsum ,
Sic , inquis , facio ; Proximus ipse mihi .

55 *Audaces Fortuna juvat.*
FEmina Fortunæ similis formosa videtur ;
Non amat ignavos illa , nec ista , viros .

56 *Amor coccus.*
Tardior in longos Amor est durabilis annos ;
Lenta magis durant quam violenta diu .

Ut

30 EPIGRAMMATICUM

Ut paritura canis cupidus festinat Amator :
Unde sit, ut catus sit quasi cæcus, Amor.

Amor non cæcus.

57 Ad Firmicum.

Non amor ut sovea est: in amorem pronus es, Argo,
Tu magis; in fossam, tu, Polypheme, magis.
Gignitur ex visu: non ergo; Firmice, cæcus
Nascitur; ex oculo cum generetur Amor.

58 Ad Quintum, Aulicum.

Est oculus tibi, Quinte, unus? Meruendus Ulysses,
Centum oculi vigiles sunt tibi Mercurius.

59 Epithaphium Justitiae.

Ex quo Coelestum terras Astræa reliquit
Ultima, signifero legit in orbe locum:
Templum Justitiae, legumque evertimus aras;
Scitque fere solus Jus dare cuique coquus.

60 A writ of Latrat.

In Marcum Epicureum.

Rudenter latitas, si te latuisse lateret,
Marce: sed hoc ipsum, te latitare, patet.

61 Collegium Jesu & Collegium Ædis Christi
Oxonie, sola nondum perfecta.

Imperfecta tibi domus una sacratur Jesu;
Ex non perfectis altera, Christe, tibi.
Inter honoratos Sanctos Sanctasque tot, hæc sunt
Paupertatis adhuc signa notanda tua.

62 Fides mercatoria.

Solvit inops diti Cresco quod debuit Irus.
Pauperis est major, divitis anne fides?

Tristes ante omni a Musæ.

Ad D. Eliæum Win, cognatum suum.

63 Olim intonsum erat, sed nunc condetur Apollo;
Vix in toto anno rieder Apollo semel.
Fallitur (ð) quicunque Camœnas dixit amœnas,
Phobi delita est nunc lyra; manca manus.

64 Incredulitas.

Credulitas error potius quam culpa videtur.
Est error nimium credere, culpa parum.

65 Cre-

ATUM
Amator;
ecus, Amor,
em prouisus
olyphene, nq.
mice, catu
natur Amor.
Meruenda Uly
ibi Mercuria
reliquit
rbe locum:
vertimus arce;
ique coquim
eret,
care, pare.
Chriſti
Jefu;
tibi.
e tot, hæc fuit
tuz.
uit frus.
e fides?
imm.
derut Apollo;
femel.
exit amonias;
a manus.
pa viderut.
pa parum.
65

L I B E R U N U S.

83

Credulitas.

Qui cuivis quidvis credit, male creditur, illi :
Quo credis mihi plus, hoc tibi credo minus.

Obsequium Fidei.

66 *Ad quendam juuentem,*

Septennis tacitura fides qua prima docetur,
Disciplina mihi Pythagore placet.
Vis tibi in experti credant ? tu crede peritis :
Visne tibi gnatum credere ? crede patri.

67 *Præstat dare quam accipere.*

Accipere humanum est ; inopi donare Deorum :
Nunquam tam paucos credo fuisse Deos.

68 *In Ponticum clientem.*

Pontice , Causidico nil porrigit ; ista chiragra est,
Ille pedem pro te non movet; hæc podagra est.

69 *Thom. Wölsei, Cardinalis , Ego & Rex
meus.*

Dicere Grammatices ratio permittit , Ego & Rex
Ethica te jubet ars dicere , Rex & Ego.

Hæc est nimurum vivendi ars, illa loquendi :
Principis hæc Aula serviat, illa Scholæ.

70 *Ad Gallos.*

Quisque suo bibit in vitro : mox utilis hic est ;
Ex quo contenus conjugé nemo sua est.

Philautus Philario.

71 *Calend. Januar. 1607.*

Exspectas , Philariste , tibi dum munera mittam ?
Nil habeo quod dum , me tibi præter , ego.

72 *Philario filius Philauto.*

Quod mihi misisti , nihil est ; nihil ergo remitto :
Te mihi donasti : Te tibi reddo. Vale.

73 *Ad D. Henricum Fanfaw , Equitem ,
Literatorum fauorem.*

Augusti imperium tibi si fortuna deditisset.
Aut Macenatis suppeditasset opes :
Vidissent multos hæc secula nostra Marones :
Nullus Macenas , nullus in orbe Maro.

H

74 Ad

82 EPIGRAMMATUM

74 Ad D. Henricum Goijer Equitem, optimam
conijke orbatum. 1606.

Imperitare viros , parere & parere maritas
Vult Natura : Uxor fecit utrumque tua.
Paruit & peperit dulces pia pignora , natos ;
Sustentant magnas quæ duo fulcra domos.
O ter felicem , quater ò Godyere bearum,
Si bona tam sequitur , quam bona prima fuit.

75 *Ulysses & Penelope.*

Mors nobis , velut uxori su' repigit Ulysses :
Vivimus , ut telam texuit illa suam.

76 In Mancinum , incertem Magistrum.

Qui torum sine fine diem per compita curris ;
Ut tamen in studiis per-videare-vigil,
Accensa de nocte soles dormire lucerna :
Vis , Mancine , Oleum perdere , non Operam.

77 *In Gelliam.*

Dissimiles licet inter se tibi sint duo nati ,
Est similis patri natus uterque suo.

Sagittarius cœlestis.

78 Ad cognatum suum , Guliel. Raven-
scroft , Jurisconsultum.

Certa Sagitta Fides , Nervus tibi Spes , amor Arcus ,
Sitque tibi Cœlum Meta , Scopusque Deus.

Omne grave tendit deorum.

79 Ad amicum suum , D. Carolum River ,
Theol. Doctorem.

In mundo ; quo non animal sublimius ullum ,
Insima cur homini terra terenda datur ?
Est elementorum rerumque gravissima Tellus ;
Peccato gravius nec reperitur onus.
Quid mirum est hominum ferri genus ergo deorum ?
Præter peccatum nil prope cum sit homo.

80 *In lugiosum debitorum.*

Quez tua nequitia est , quod debes , non mihi solvis .
Solvis Causidico : quæ tua fruictitia est.

81 *In eundem.*

Sollicitum te cura tener , non quomodo solvas :
Quomodo non solvas , maxima cura tua est.

Eccle-

Ecclesiae Derivativa.

- 82 *Ad amicum suum, R. F.*
St licer una fides, licer una Ecclesia vera,
 Fontibus è vivis orta perennis aquæ:
A Primitiva, quæ non se Ecclesia solam
 Derivat? fontem dissimilatque suum?

83 *Quatuor maria.*

- T**rinacriæ similis, Britonumque triangula tellus.
Quatuor annumeres æquora, Regna tria?

84 *Ad amicum divitem.*

- S**i quantum valeat res quæque caretendo sciatur;
 Quid valeant nummi divitiaeque scio.

85 *Generatio unius est corruptio duorum.*

- U**t generent unam confuso semine prolem;
 Corpora corrumpunt vir mulierque duo.

86 *Annulus nuptialis.*

- A**nnulus ut sponte spondente ab amante daretur
 Moris erat, vetus hoc pignus amotis erat;
Annulus à sponsa potius pro pignore sposo
 Donetur; digitum porrigit ille suum.

87 *De Mundis Democriti.*

- S**i quot Democritus mundos ait esse, tot essent:
 Innumerabilium pessimus iste foret.

De Epigrammatis.

- 88 *Ad Lectorem fastidiosum.*
Es tanquam mulier formosa, epigramma jocusque,
 Quæ communis eo fit, quia pulchra fuit.
 Communis jam facta semel, formosa videri
 Desinit, & mox his tedia mille parit.

Terra.

- 89 *Ad cognatum suum, D. Audomum Gwyn Theol.*

- U**sque licet cœlum moveatur, constat: eodem
 Semper enim motu se sine fine mover.
Terra iter usque licet, nihil inconstans illa est;
 Terrarum errores angulus omnis habet.

Luna.

- 90 *Te maris appellant undosi, Cynthia, stellam:*
Nunc terram potius, quam mare, Luna regis.

84 EPIGRAMMATICUM

Avara liberalitas.

In Aceram.

Donat, ut accipias; non accipit, ut det, Aceras,
Accipere, est illi metu; sagitta, dare.

In Paulam Pseudo-Catholicam.

Paula, tua si quis de religione requirat;
Nil nisi Apostolicum Catholicumque crepas,
Catholicum in cunctis; fateor, proficeris amorem:
In te Catholicam, Paula, requiro fidem.

Prodigiam.

Penelopea fides inter proverbia quondam,
Nunc in prodigis possit habere locum.

In Annetam, Francam.

Natura est paucis contenta, Anera: sed hoc de
Natur a dictum non reor esse tua.

Ex oculis supereft unus tibi, Marce, duobus?
Perpetuo faciem qui tibi rore rigat.
Cur tibi qui supereft mortuus lacrymaratur ocellus?
In bello fratrem perdidit ille suum.

*Pax in Europa.**Ad Theologos.*

Reges belligerant: faciunt & foedera reges:
Est aliquid, fera denique pace frui.
Presbyteri certani arque immortalia necunt
Jurgia: litigii non posuere modum,
Unde venenatae levis inclemencia lingua,
Et quam sit calamus savioꝝ ense, patet.

Ad Carolinam.

In speculo vultum quoties oculosque tueris,
Si forte elatam te tua forma facit.
Splendida sed fragilis, pulchra at peritura memento,
Quam speculo similiſ ſis, Carolina, tuo.

Floralia.

Adamicum ſuum, D. Joan. Tovey, Thol.
Ut Cato in obſcenam scenam, ſed ut exeat, intrat
Ingreditur mundum ſic abiturus homo.
Nec reditur in hunc, bene ſeu male cefſerit, or-
Fertur ut in scenam non rediſſe Caco. (bem;
99 Epit.

Epitaphium Hominis.

- 99** *Q*uis jacet hic? nemo: vacuum sine nomine corpus
Hic jacet: ex solo corpore non sit Homo.

Horizon Animæ.

- 100** *A*d amicum suum, D. Benjamin Heydon,
*D*ecanum Wellenfom.

Summa elementa duo non cernimus, Aëra & Ignem;
Terram Undamque oculo cernimus, ima duo.
Sic, quid sint homines, quid bruta animantia scimus,
Nescimus quid sint Angelus atque Deus.

Eclipsis Animæ.

- UT** Solem Tellus Lunamque stat inter opacam:
Stat peccatum inter meque Deumque meum.

Mercatores.

- E**xistat apud lepidum Mercator Fabula Plautum,
Pseudolus huic aptum proxima nomen habet.

Imaginum cultores.

- M**agnates quicunque colunt, idolon adorant;
Cum sit imago Dei vir; mulierque viri.

Erasmi Desiderium.

- N**unc Desiderium desiderat orbis Erasmus;
Cui soli licuit scribere, quod libuit.

Neuter.

- P**ompejanus ero, si vicerit omnia Magnus;
Omnia si Cæsar, Cæsarianus ero.

Scandalum Magnatum.

Ad Servos Servorum.

- H**ec dicit Dominus Servum' volo quemque fidem
Elle meum semper: quomodo? dando nihil.
Sta, vigila, ito, venito: fideliter omnia post quam
Præfiteris Domino, Servus inutilis es.

Mars & Vénus.

- S**E Venus & Mavors communicat omnibus æquè;
Hostis communis Mars & amica Vénus.

Februarius.

- E**s similis matri tui, de tot fratribus unus;
Sunt tibi viginti scilicet octo dies.

H 3

109 *Ad*

86 EPIGRAMMATUM

109 Ad D. Eduardum Jones, amicum
Inum.

TE tua (virtutis pictura) modestia laudat:
Laudarem ingenium, si paterere, tuum.
Ipsa Edoarde, tui laudanda modestia vultus
Te facit ut laudem, quam mereare, minus.

Quadratura Circuli.

110 Ad Joseph. Scaligerum.

QUadratura quid est Circi? divisio mundi
Quatuor in partes, qui prius unus erat.

An Unicas Arithmetica respondeat
Puncto Geometrico?

111 Ad D. Josiam Bodley, Equitem.

DLus Deus immenitus Puncto est, non plus tamen
A Puncto quantum differat, ecce Monos. (Uno:

112 From the Wombe, to the Tombe.

NAscitur in certam miserandus homuncio mor-
Et macer in campo hos, ut edatur, edit, (tem:

113 Ad Jacobum Regem.

O Quanta exempli generosa in Principe vis est?
Tu virando vetas, tu faciendo jubes.
Principis principium motus; Rex regula vitae:
Circumferit cælum sidera; Rex populum.

Caput & Corpus.

114 Ad eundem.

IN capite est ratio & rationis quinque ministri:
Divinum in reliquo corpore pene nihil.

Rumor de morte Regis Francorum.

115 Ad Regem Francorum. 1606.

QUod Reges audire timent, ac dicere servi,
Ipsa tibi dicit Fama; memento mori.

116 Lux.

SIt Corpus quamvis, oculo non cernitur Aëris;
Lux Corpus non est, cernitur illa tamen.

117 Unus Deus, multi amici.

QUanquam nemo potest dominis servire duobus:
Patronas uni quid vetat esse duas:

Quædere

Quædere
Ut multa

118 A Niftc
A Ux

119 H Oe Ma
Oris

120 U Maria di
Quo

121 A

Floren
In a

Excitar
Seda

123 H Aenri
H Tell

124

Filius e
Un

To Com
Calid

125 T Elagio
Pons

126 A P
U No ent

Lexilla
Cato pater

Miles cum
Tocozza, ex

Abbotice



TUM
laudat;
tere, ruma.
tā vultus
re, minus.

o mundi
unus ent

ideat

non plus tam
ce Monos, (Ca

nbe.

homuncio no
r, edit, (m

ipe vis ell?

abcs.

ala vita:
ulum.

ministris
nihil.

servi,

ri.

ar Aers

amen.

ire duobus:

: Quaest

LIBER UNUS.

87

Querere non prohibet multos Deus unus amicos:
Ut multa xdes non vetat una fides.

118 *Donna , Danno.*

A Misit costam , causa mulieris , Adamus;
A Uxorius causa , perdidit ipsam animam.

119 *Womens Tire.*

Hoc Magis est initia recti , quam tegminis , hoc non
Ornare est , hoc est adificare caput.

120 *Omnia Nihil.*

Omnia de nihilo qui fecit , is omnia solus :
Quod Deus ex nihilo fecit , id omne nihil.

Ecclesiaz Orient. & Occident.

121 *Ad D. Georgium Rives, Theol. Doctorem
dottiiss. prudenterissimum virum.*

Floret dextra fides in mundi parte sinistra:
In mundi dextra parte sinistra fides.

Ira. Patientia.

122 *Ad amicum suum I. Thorium.*

Excitat ira heberem , motam patientia mentem /
Sedat ; ut unda ignis temperat , ignis aquam.

123 *Ruina calidis terre.*

Haec nihil inferius cum sit , nihil altius illo ;
Tellus quo , cœcum non habet unde cadat.

124 *Ad D. Hen. Howard, Comitem
Northamptonia.*

Filius es Comitis , Comitum patruusque duorum:
Unus erat tibi Dux frater , avique duo.

Tu Comes es : tibi nemo daros miretur honores,
Cui fortuna comes , dux fuit ingenium.

125 *Ad Pontiam.*

T E fugio vitaque tuos , mea vulnera , vultus ,
Pontia , non quia te non amo , sed quod Amo.

126 *Ad Polycarpum , Equitem errantem.*

U Nus erat veritus Paradisi fructus Adamo :
Lex illum reliquos tangere nulla vera.

Cui rot præterea fuerat data copia , ab uno
Miror eum cupiditas non tenuisse manus.

Tu contra , excepta , prohiberis ab omnibus , una
Arbore ; te reliquas tangere jura verant.

H 4

Miran-

88 EPIGRAMMATUM

Mirandus minus ergo tuus, quam lapsus Adami,
Cui data libertas, quam tibi, major erat.

* 127 *Ad lectorem.*

Quoniam falsa sitim parrunt potoribus : ô si
Lectori pariant carmina nostra sitim !

* 128 *Ad amicum conjugatum.*

Imperet ipsa nihil, quidvis tamen in petret uxori;
Utere nec serva conuge, nec domina.

* 129 *In Ponticum.*

Pontice, Comodus vivis? morire Tragodus?
Dissimilis vita mors erit illa tua.

* 130 *In querendam sacerdotem maricum.*

Levita patre natus ers, Levitaque factus;
Deque Tribu conjux eit tibi sumta Levi?

* 131 *In Anabaptistas & hujuscemodi farinæ
fratres.*

Quoniam diruitis, nihil edificatis in orbe.

Zelus hic, an seculis est? fervor hic, an furor est?
Spiritus ac velitis etiam pretenditur ausis.

Qualis at hic vester Spiritus est, * Abadon.
* Apoc. c. 9. v. 11.

* 132 *In Cottam.*

Condidit ex nihilo Deus unicus omnia: contra
Tu facis ex toto, Cotta Chymita, nihil.

* 133 *D. Thom. Egerton, Concellarius Anglie, &
Franciscus Leigh, ejusdem gener.*

Si quis virtutem taret, & fovet artes:
Certam hoc faciunt hic gener, ille ficeret:
Egertonus amat Musas, amat & Leus illas;
Noluit a focero degener esse gener.

Consumentiato.

* 134 *Ad eundem D. Franciscum Leigh, & D. Marianam
eius uxorem, amantissimas Conjuges.*

Non eadem est vobis anima, at mens una duobus:
Unum non estis corpus, at una caro.
Nomine diversi vir & uxori, re tamen unum:
Diversi sexus estis, at unus homo.

* 135 *Fuisbres Conciones.*

Laudamus insortes vivos, Laudamus eosdem
Defunctos: ô mors candida, vita nigra!

* 136 *Pau-*

* 136 *Pau-*

A Urea cur-

A Paulin-

T Empori-

T Et bre-

Multiplicat-

Sic cre-

D Dilemme-

D Dilec-

N Os vi-

N Vos

* 139 N Alonis-

N Necl-

Natura-

Excelli-

P Penetue-

P Pice-

* 141 A

F Allor-

S Siru-

Manducan-

Onne fe-

* 142 Allig-

Q Uidignos-

Ullorum

Silene in cui-

Producit vita-

136 Paules Crosse , and the * Crosse
in Cheape.

* E regione templi D. Petri.

A Urea cur Petro posita est crux , plumbea Paullo?
Paulinam decorant Aurea verba crucem.

137 *Amaris Chronicorum.*

T Emporis ut minimi momentum crescit in horam
Et brevis in longam ducitur hora diem,
Multiplicata dies in mensem , mensis in annum :
Sic crescente meus temporē crescit Amor.

138 *Gemini.*

D Iffimile in nobis nihil est , paria omnia ; solo
Diferimus numero ; nos duo namque sumus,

Amici.

N Os vix distamus numero , duo nos sumus unum;
Vos estis Gemini corpore , nos animo.

De Arte amandi.

139 *Ad amicum suum , Job.*

N Afonis quamvis teneram perlege rit Artem,
Nescit inexpertus dicere , quid sit Amor.
Natura non arte docetur ; scilicet , in cor
Ex oculis , non ex auribus intrat amor.

140 *Seneca Philosophus.*

P Eni tuz dici possunt Epigrammata Gnomæ,
Præterquam numeris quod tua dicta carent,

141 *Ad D. Henr. Neville, Domini de Aber-*
gevenni filium heredem.

F Allor? an in mensa memini te dicere nuper,
Sir tua quod sapido lingua inimica fali?
Manducare falem tibi nil opus , Henrice ; quare?
Omne fere , loquitur quod tua lingua , fali est.

Vira Philippi Sidney.

142 *Ad ejusdem fratrem , D. Robertum Sidney ,*
vice-Comitem de Lisle.

Q ui dignos ipsi vita scripsere libellos ,
Ilorum viram scribere non opus est :
Sidneii in tumulo est corpus , non vita , Philippi :
Producit vitam gloria longa brevem.

143 *Cora-*

90 EPIGRAMMATUM

143 Corpus discedentem Animam allat
guitur.

Tellurem, re propter ego, matremque reliqui:
Anima.

Stulta, Deum Patrem, te quoque propter, ego,
Ad Patrem redeo ergo meum, qui me vocat ad Ie-
In coelum, matri reque relinquo tux.
Donec (in instanti cum conveniemus in unum)
Terra mihi reddat te; tibi meque Deus.

Regnum divisum.

144 Ad D. Georgium Rives, Theologia Doctorum
doctissimum & prudensissimum virum.

O Rei & Caelorum regna indivisa, malignus
Nemo habitat coelum, Tartara nemo bonus.
Proh pudor! in sola regnat divisio terra:
Terra, ubi multi modis sunt bona mala malis.
Ergo dies veniet, cum Terra jacebit inanis:
At Coelum plenum, plenus & Orcus erit.

145 Aquæ calidæ,

E xpressæ tacitum lacrymæ testantur amorem:
Gignit amor lacrymas? quis putet? ignis aquæ.

De ingenio & memoria,

146 In Ponticum.

Q Uæritur ingenium quare dicatur acumen:
Interius penetra quicquid, acumen habet.
Officium Mnemes non est, penetrare tenere est;
Hinc fieri vulgo vafa rotunda vides.
Unde vel ingenium tibi suspi'or esse rotundum,
Pontice, vel * Mneme quod sit acuta tibi.
* Memoria.

Solacium Pauperum.

147 Ad amicum d'ivitem.

I Nconstans fortuna breves mutatur in horas:
Nascitur inde mihi spes, metus unde tibi.

148 De Titio & Gellia.

O Bjectum est Titio, sua quod gravidata fuisse
Uxor apud patrem Gellia Sempronium.
Cui Titius, peperit cum Gellia nostra, quid ad me?
Filia Sempronii; non mea nupta fuit.

149 Cor.

149
Ur non in
Penicu

150 Ad

Corpus p
Ceter
Fallor? an h
Corpora

151 P
Christi
Chriliu

152 Ad

Claudit
Vix

153 TU nape
Quer
Exspectat
Sors ince

154 Nomen
In Sp

155 H
Ker

156 T
Amo pa
Ut qu

157 Ille simi
Ut vivi

158 Z
Zelotyp
Frustra obser
Quelqua

Cor.

Cur non in dextra potius quam parte sinistra
Ponitur humanum cor ; quia Iæva sapit.
Caro & Spiritus.

149 *Ad amicum suum, D. Rob. Newman,
Dottorem Theol.*

Corpus primo , animam facta jam carne creavit,
Cætera fecisset cum facienda Deus.
Fallor ? an hinc patere animabus inertia nolunt
Corpora , sicut animis quod seniora suis ?

150 *Proto Martyres , Innocentes.*

Pro Christo pueri sunt passi extrema , priusquam
Christus pro pueris ultima passus erat.

151 *Ad amicum suum , D. Joan. Hoskins,
Juri conf.*

Claudit , amicitiam numerus plerumque Dualis ;
Vix in Pluralem multiplicatur amor.

152 *Ad amicum suum , D. Rob. Newman,
Dottorem Theol.*

Tu nuper juvenis fueras , ego dum puer essem ;
Quæ me nunc juvenem , te videt hora senem .
Exspectat mors ergo brevi te , meque senectus ;
Sors incerta licet sit mea , certa tua est.

153 *Im A. G.*

Nomen habes hominis faciemque , animalis acu-
tum habeas , et tenere eis ;
In Specie stultus , doctus at in Genese. (men;

Harmonia.

154 *Ad Theologos.*

Harmonias variis scripere Euangeliorum :
Harmoniarum quis ? non minor iste labor.

155 *Dissontia.*

Tanta per humanas repit contentio mentes ,
Ut quid pax animæ sit , prope nemo sciat .
Ille nimis Bassum premit , hic nimis elevat Altum ;
Ut vix auditus sit Tenor , aut Medius.

156 *Ad Pontilianum.*

ZElotypus conjux es , Pontiliane ? sapisti .
Zelotypus non es , Pontiliane ; sapisti .
Frustra observatur conjux , ea fola maritum ,
Quæ (quamvis possit) fallere nolit , amat .

157 *In*

92 EPIGRAMMATICUM

158 In Porciam.

Filia sis dubito Tenebrarum, an filia Lucis;
Nam genita es noctu, Porcia, nata diu.

Epitome Historiarum sui temporis.

159 Ad Marianum.

PEiores patribus sumus, ut majoribus illi:
In virtutem faciles nam, Mariane, sumus.
Natio si nobis fuerit quoque postera peior:
Pejus erit nostra posteritate nihil.

Londinum.

160 Ad cognatum suum, D. Joan. Willianum, Aurifex
cum Londinensem.

IMbibit ut fontes Tamesis fluyosque minores?
Oppida Londinum pauperiora vorat.
Perpetuo quamquam Tamesis petit aquora fluxu,
Londini constans urbis amicus hic est.

Debitor & Creditor.

161 Ad amicum suum, D. Guil. Cowly, Mercatorum
cum Londinensem.

Sint nostro licet in libro tua nomina: tu scis
Me nullum in libris nomen habere tuis.
Nil equidem tibi praeter amorem debeo: semper
Debitor atque idem Creditor hujus ero.

162 Moriones & Nani.

NOS, quamquam vitio sumus haud virtute notati,
Magnatum lusus deliciæque sumus.

163 Ad Pontilianum.

SEmer sollicitus fuit Iris: cur? quia pauper.
Nec tu Crœle minus; cur? quia dives eras.
Uxorem quod non habeat, cruciatur Alanus:
Uxorem quod habes, Pontiliane, doles.

Unio.

164 Ad Britannos coniugare.

SERVAT ab interitu Deus unus, & unio mundum:
Conjugium in terris unio prima fuit.

165 Bellum Elementare.

CONDIDERIT quamvis hominum Deus omnia causa:
Bella tamen contra nos Elementa gerunt.

Qua

Quam multa
Pestifer, &
Quam prope
Inscript &
Fit melior
Com fleas
Terra licet
Mollius &

166 Objectum
Subiect

167 Ut tibi re
Te leb
Utopias eis
Cur non

168 TE mihi et
Fama p
Jan Scio que
Jan Scio q

169 SUM paup
Qui me

170 Terra fl
Alfrat

171 Vigo Beaca
Imolier
Nil nisi prode
Quaten ze

172 Nulla forer, ni
Acti certa

an filii lucis;
rcia, nata dñi,
aporis.
hocibus illi:
riane, sumus,
potera pejor:
sihi.
Willas, doff.
que minoris?
ra vorat.
tis aquora flum:
s hic et.
y, Mer.
a: tu scis
ere cuius.
beo; semper
us ero.
ud virtute noz:
umus.
uis pauper.
dives eras.
Alanus;
doles.
io mundum:
uit.
us omnia cauf:
ta gerunt.
Qd

Quam multas aér animas demisit in orcum
Pestifer, ac letho res hominēsque dedit?
Quam prope Trojanum Londini sensimus ignom?
Incipit & fructus terra negare parens.
Fit melior nemo, cœlum noæsque diesque
Cum fleat, ac tellus crimina nostra luat:
Terra licet madidis mollescat ab imbris, haud sit
Mollius Anglorum, quam fuit ante genus.

Epithalamium.

166 *Ad Tulliam.*

Objeclum nostri, dum lux est, Tullia, visus:
Subjectum, cum nox venit, Amoris eris.

167 *In Sextum, Academicum.*

Ut tibi sternendi possis meminisse sepulcri,
Te lectum perhibent sternere, Sexte, tuum.
Ut possis etiam memorare novissima mortis,
Cur non in somnum sœpius ergo ruis?

168 *Ad Amatum.*

TЕ mihi notam amo nunc, ignorat nuper amar.
Fama prius cepit me tua; forma capit. (bam:
Jam scio quid sit amor; amo quamvis non amer; imo
Jani scio quid sit amo, nec scio quid sit amor.

169 *Un Cadet. A jonger brother.*

Sum pauper? non culpa mea est, sed culpa paren-
Qui me fratre meo non genuere prius. (tum;

Firmamentum.

170 *Ad amicum, D. Michaëlem Heyden,*

Terra stat; in tellure animantia stante moventur;
Astra fed in cœlo fixa movente manent.

171 *B. Virgo.*

Virgo Beata licet communī voce voceris,
In mulieribus es tu Benedicta magis.
Nil mihi prodesles, si tantum Virgo fuisses?
Quantum at profueras, ô, quia Mater eras?

Spes & Fides.

Nulla foret, nisi certa Fides foret, unaque semper.
Ac si certa foret Spes mea, nulla foret.

Nova-

I

94 EPIGRAMMATICUM
Novatissimus.

New factions and fashions.

173 Ad amicum suum. D. Guil. Prytherchum.
I. U. Doctorem & Theol.

Multa renascentur, quæ jam cecidere, cadentque
Dogmata, quæ summo nunc in honore vigent.
Quæ nova sunt; hodieq; placent, non usq; placebunt.
Cur ita? quæ nova sunt, non nova semper erunt.

174 Speculum Marci.

SEmper adest quare tibi morio, Marce? tuam isto
Stultitiam in facuo cernis, ut in speculo.

175 Ad Uxorium.

SÆpe quiescit ager, non semper arandus: at uxor
Est ager, affiduo vultu tamen illa collis.

176 Ad amicum suum, I. O. B.

PRAeteritis-pulsquam-perfectis quattuor annis
In te radices acrius egit amor.
Frustra igitur transferre tuum conaris amorem;
Arbor adulta amor est, non nova planta tuus.

177 In Porphyrium.

Fleste his, at nunquam legitur risisse Redemptor.
Cur hominis proprium risibile ergo vocas?

178 Ad Pontilianum.

Urgæcucus, puer duce, vel muliere, per urbem
Ducitur ignotas idque reditque vias,
Ducit amatorem sinuosa per avia excum
Te Venus aut Veneris, Pontiliane puer.

Amor omni exceptione major.

179 Ad amicum quendam.

CAusa recens veterem licet interpellat amorem;
Simque licet, dicta non nisi lege, Tuus:
In te nulla meo est exceptio major amore,
Exceptio, si me non, ut ameris amas.

180 In Ponticum sexagenarium.

Qui, dum vixisti, nulli beneficeris unquam,
Incipies fieri, Pontice, quando pius?
Omnia pauperibus, dicens, post fara relinquam:
Qui post fata sapit, Pontice, fero sapit,

181 In

R. Avis
R. Editio

182
M. An

An obij
Supplici
Sufpicio
Necro

183
S. Le Land
Te Lau

184
C. Oelam

Nam
Vix tibi pa

Cogim
Corrigim
Ut mose

185
S. Lie ethu

In carlo mi
Humani

186
S. Plus vir

Quo vi
Jac

187
S. Epe quod op

Accedit ho
laconicu cedil
Juliaque for

Baden-Württemberg

181 *In Nigellam Candidatam.*

RAra avis in terris, alboque simillima cygno es:
Est tibi yekis enim candida, nigra caro.

182 *Le Carnaval de la vie.*

MENS importalis mortem cur corporis horret?
An cuni carne timeret se moriente mori:
An sibi jam restare nihil post funera, præter
Supplicium longum judiciumque breve?
Suspicio facit huc mentes in morte trementes,
Nec mortuum carnis dicere posse Vale.

183 *Quintina laus.*

SI te laudarem, Quintina, suberbior es:
Te Laudare equidem nolo, superba sat es,

184 *Filius Terra.*

Cœlum ad nos spectat, calum spectemus eponeret?
Nam Deus astra dedit cœlo, oculosque tibi.
Vix tibi pars terreni terræ millena videatur:
Cœlum dimidia cernere parte licet.
Cur igitur cœlo terram, fultissime, præfers?
Ut mos est, matrem plus patre forsan amas.

185 *Species infima.*

Sit licet humanum genus inter cetera summum,
Jure tamen species infima dictus homo:
In cœlo minima est hominum pars, maxima in Orcu.
Humanum infelix qui neget ergo genus?

186 *De invidia, paradoxon.*

Si plus virtutis forer, invidie minus esset:
Quo virtutis enim plus, vitii minus est.

Jacobus * Sextus Scotiz, Primus
Britannia Rex; Bonum omen.

187 *Ad Britanniam.*

Hæpe quod optatum, speratum vix fuit olim,
Accedit hoc inter spemque metumque tibi,
Lucrofus cecidit tibi * Senio & * Unio jactus:
Fauslaque fortunæ est alca jacta tuæ.

* See *Acc the best chance of the Dice.*

96 EPIGRAMMATUM.

Cor unum, via una.

- 188 Ad Jacobum Primum, Regem Britannie
Magnae, &c.

Bis manibus duo sceptra geris; linguisq; loquuntur
Quatuor imperii sub ditione tui.
Lingua Britannorum quamvis non una, cor unum est,
Unio Regnorum sit modo facta trium,
Primus in orbe hominum divisit pectora Dæmon:
Divisit linguis primus in orbe Deus.

- 189 Reges & Prophetæ.

Rex extra patrem, vel maximus, haud habet ullum
Imperium: in patria nemo Propheta fidem.

Virtus.

- 190 Ad Illustriſſ. D. Henricum Davers,
Baronem de Dantefay.

Virtutem Genii duo semper in orbe sequuntur:
Hic bonus, ille malus; Gloria & invidia.

- 191 Invidia.

Livor edax hominum vivorum encomia carpit,
Ut defunctorum corpora vermis edit.

- 192 In Battuſ.

PAucatibi semper respondeo multa roganti:
Non quia multa rogas, sed quia stulta rogas.

- 193 Somnus, Mars.

In somni, quanquam simulo pro tempore mortem;
Non est pars vitæ dulcior illa meæ,
Permitum est in morte igitur, quid tam sit amarum,
Tam dulcis cum sic mortis imago, sopor.

- 194 Curia facultarum.

Jurisconsultum dignantur adire Clientes:
Cur, nisi divitias quod bona summa putant?
Accerit Medicum cum lector affigitur, æger:
Corporis est hominum cura secunda salus:
Theiologus, quæ primum accertere debuit ægro,
Ultimus, & quanquam nemo vocavit, ad est.

- 195 Patientia amatoria.

Vis voro potiaris amans? patiaris, oportet,
Si vis in dulci vivere pace pati.

- 196 In

196 Grammati
Scis p197 Uoni ſi
Sic
Viventi
Vinita198 Verilogi
Acq
Senoru
Circum199 A Urum
Fec200 R Atus an
Oma201 O Mae
Or202 P Apoll
DenAt quam
Hoc zeta203 R Ediſt
Tigini

204 Ad

W Telament
Oxiner: in

ATUM.
ia una,
tus etiam
e, tunc
linguis, loquu
ne rui,
on una, cor usum
ta rium,
et pectora Dm:
Deus,

te,
us, haud habens
o Propheta: den
Dantes,
atq;
a orbe sequuntur
etia & invida:
encomia camp:
s edit.

lca rogant:
ia stulta rog:
tempore more
mer,
uid tam sit amer
io, sapor.

lientes:
ima putant?
ut, ziger:
nda alius:
sere debuit:
cavit, ad eil:

opertor,
ti.
196

LIBER UNUS.

97

196 *In quendam Grammaticastrum.*
Grammaticus bonus es, nil præter grammata nostris
Scis præter literas nil; literatus homo es.

197 *Ad quandam gloriosam.*
Uxori similis Menclai sis, vel Ulyssis,
Sic cupis à sera posteritate colli.
Vivit enim vitium post funera, non modo virtus:
Vivit adhuc Helene, non modo Penelope.

198 *In Aulum.*
VEriloqui fatui dicenda tacenda loquuntur:
At quia prudentes plura tacenda vident;
Servorum ingenii nihil audens credere semper
Circum se fatuos quattuor Aulus habet.

Aurum ex fercore.

199 *Ad amicum suum, D. Dom. Tr.*
Medicum.

AUrum Virgilius de stercore colligit Enni:
Fecit Virgilius, quod facit & Medicus.

200 *Secretum amoris.*
RAtius amatuer amans: ut ameris, amabilis esto
Omnibus: à nulla vis ut ameris: ama,

Mon tout.

201 *Ad Marciam Franco-Gallam.*
Omne tuum mcsæpe vocas; at Marcia, faiso:
Omne tuum non sum; sum tuus omnis ego.

202 *De Quinto d' Oro.*
Papistam Quintus nuper se reddidit: & se
Denique Papistam jam prosteritur Orus.
At quam divetus vieti rati onibus? illi
Hac ætate fides; huic, novitate placet.

203 *Filum Ariadnes.*
RExit ut errantis Thesei vestigia filum
Virginis; humanum sic genus una fides.
De Testamentis & Votis.

204 *Ad D. Henricum Martin. Doct. V. I.*
Prudenter.

IN Testamentis semper postrema voluntas
Obtinet: in votis si bona, prima valent.
I 3 Omni-

98 E I G R A M M A T U M

Omnipotens , uno cum fecerit Omnia voto ,
Testamenta Deus condidit ipse duo.

205 *Ad amicum avarum.*

SOlus habet quod avarus habet ; nil donat amico ,
Nil sibi dat ; solus non habet hoc , quod haberet.

206 *Ad Ponticum , I. C.*

Uxori partem vivis , partemque clienti
Ætatis , vives , Pontice , quando tibi ?

De Predicatoribus & Histrionibus.

207 *Ad D. Ed. Hobby , Equitem doctiss.*

Preco Heracliti partes agit , omnia fientis ;
Ridentis partes Histro Democriti .

Huie videostrutissimus esse , miserrimus illi :
Hic numerat culpas , ponderat ille meas .

208 *Christmase and Midsummer.*

Venit Joannes æstivo tempore ; Christus
Brumali ; hic ignem prædicat , alter aquam .
Quam bene convenunt contraria * flumina flammis :
Ignis peccatum purgat , & unda lavat .

* Duo Baptismi , Johannis & Christi .

209 *Nemo laeditur , nisi à seipso.*

Criminis est nemo , nemo discriminis expers :
Nos in discrimen crimini nempe vocant .

In quendam maledicunt .

210 *A balling Asse.*

Non ego te quemvis asinum voco , Mome ; sed illi ,
Cujus erat fessor Pseudo-propheta Balam ;
Non illum , Solymam Dominum qui vexit in urbem :
Mutus hic & initus nam fuit ; ille loquax .

211 *De suis heredibus . Ad Iurifconjurato.*

Nemo sua certus de conjugi , præter Adamum ;
Deque suo nemo conjugi , præter Eavam .
Conjugibus , misero præferrim (in amore) marito ,
Solari superest quid , nisi sola fides ?

212 *A hollow tooth.*

Injectum flammis , me non absumeret ignis ;
Sæpe cadentis aquæ parvula gutta cavat .

Virtus .

TUM

Omnia voco,
et duo.

am.

nil donar em;
hoc, quod habe.

C.

clienti
ando tibi?

fritionibus,
en delisi.

nia remis;
periti.

erimus illi;
ille meas.

mmer.

Christus¹,
alter aqua.

flaminia dama
nat.

anis & Christi.

inis expens:
e vocant.

Mome; sed illi,
eca Balam;

wexit in ubem
jux.

ulus;

er Adamum;

ter Evan.

oore) manico,

tignis;

caral.

Vita.

L I B E R U N U S .

99

Virtutis Laus.

213 *Ad D. Thomam Puckering, summe
spei adolescentem.*

Solis ut, in solo motu, constantia constat:
Constans virtutis vis in agendo lita est.

214 *Eso pi lingua.*

Humano membrum non est in corpore lingua
Nobiliusve bona mobiliusve mala.

215 *Ad pueros collegii Wintoniensis
Wichamici.*

Non sum quod fueram: festivus eram puer olim
Festorum valde nam studiosus eram.

Sapientia duce, comite Fortuna.

216 *In Ancum.*

Quod maleconsultem cecidit feliciter: Ancus
Arguitur sapiens, qui modo stultus erat.
Quod prudenter erat provisum, si male vortat,
Ipse Cato (populo judice) stultus erit.

217 *Dolor.*

Sola dolenda reor praesentia damna: dolemus
Præterita heu nimium ferè, futura citò.

218 *Vici fittudo.*

Gaudia post lectus veniunt, post gaudia luctus:
Semper in ambiguo (spœve metuve) sumus.

219 *Ad Germanicum.*

Auxit amicorum numerum tibi Porcia conjux,
Fertilitas hæc est conjugis una tux.
Hæc est conjugii, Germanice, maxima virtus;
Gignit amicitias uxor Amica novas.

Nequitas armata.

In Linum.

Vita bona vina bonum faciunt (ut fertur) acetum,
Ingeniosi or es quo, Line, pejor eo es.

221 *Opiniasfer.*

Heu quantum in terra dominatur opinio? verum
Me nescire putas. & dubitare vetas.
Qui dubitat, non errat; adhuc in utrumque paratus;
Error opinando, non dubitando venit.

I 4

222 *Ad*

160 EPIGRAMMATA.

222 Alma mater Academia Oxonia.

TU nostri mater, mater Natura, cerebris;
Dura sed illa fuit; tu pia mater eras.

223 Poëta.

MÆcenas non verba dabat, sed præmia doctis,
Magnas.

Quid dare mi, præter verba, Poëta potest?

224 Homo homini Deus.

EST homo, qui locuples inopin'li donat amico;
Qui rapit, hic lupus est; qui dabit, ille Deus.

225 It Homerus.

S'lera est de te qua fertur fabula, nunquam
Vidisti lucem; sed tua scripta vident.

226 The ghodly fathers.

INtegra Caufidico narranda est causa perito,
Et Medico morbus, crimina Theiologo,
Qui vis fortunas animam corpusque tueri,
His tribus in vita dissimulato nihil.

227 Ad D. C. G.

TE podagra & podagras pestis contraria vexant,
Currere te conjux, stare podagra facit.

228 Ubi querarii.

T'ora patertellus inopi quacunque vagatur:
Pauper in exilio est nullibi: ubique domi.

229 Amantes.

EST amor in nobis, in lignis ut laret ignis:
Ignis uti lignum, nos levius urit amor:
Ligna sed in cinceras vanescunt, ignis in auras;
Nos cinis; & noster, quid nisi fumus, Amor?

230 Sermo.

SEmo voluptati similis, similisque dolori est:
Lengus enim levis est sermo, gravisque brevis.

231 In mulierum senem.

A'pas commendat Bacchum, Veneremq; juvencus;
Hæc igitur juveni conventi; ille seni.

232 In Harpalum, avarum juvenem:

M'undus amica tua est, misere quem diligis unum,
Harpale; sis juvenis tu licet, ille senex.

233 Ad

233 Q' Leb.

Semper se

234 Semper

In qu

I

235 D'ida,

Qui

236 M'Onibe

Ca

237 V'Osco

So

In dulce

Sterni

Odit som

Ei ani

238 L'Omega

Elo

Tempus

Temp

239 U'lvi

D'ia

N'cer

P'na

240 O'Ulinam

Presby

Quid de me

Quique n

A T U M.
us Oxon.
ra, cerebri;
natur era.

ed premis dicit,
Poëta potest!
nūl donat amic.
qui dabit, ille dicit.

la, nunquam
ta vident,
causa peccato,
Theologo,
que cuen,
ibill-

maria vexant,
gra facit.

te vagatur:
ubique domi-

er ignis:
er amor:
guis in auras;
nus, Amor?

dolori est:
gravissime bren-

tema; juvenu-

le senti.

enem:
enem diligis uos,
ille fecerit.

133 A

LIBER UNUS.

162

Ad Lectorem.

233 *Qui scribit, laudatur ab his, culpatur ab illis :*
Lectoris vultu statque caditque sui.
Semper agit causam, nec tempore transfiget ullo :
Semper enim sub te judice, Lector, erit.

234 *De speculo amatori à sponsa donato.*
In quo me videam, speculum mihi, Paula, dedisti :
In quo te possim cernere, malo dares.

235 *In Quiniam Hypocritam.*
Docta, decens, juvenis, formosa, pudica, benigna,
Quintia ; si non sis ambitiosa, bona es.

236 *Problema.*
MOribus ad versum sibi prodigus odit avarum :
Cur igitur largos parcus avarus amat ?

237 *Somnus, Venus.*
Vos consanguineas lethi dicamne forores,
Somne quies hominum, delicisque Venus ?
In dulgere juvat Veneri somnoque iacentes :
Sternitus & dulci letus utrique malo.
Odit somnus iners, odit Venus improba, lucem ;
Est animi somnus mors, animaque Venus.

238 *Passe-time.*
Longa dies ignavo homini, nox longa videtur,
Et longi menses, longior annus abit.
Tempus inutiliter terimus ; dum longa videntur
Tempora : cur vita dicimus ergo brevem ?

239 *Fifcus.*
Ut visco capiuntur aves : (Fifcus quasi Viscus
Dicitur) à fisco sic capiuntur opes.

240 *In Ponticum, Philautum.*
Non cernit se mens, oculus se non vider : ergo
Pontice, te quod amas, qua ratione facis ?

241 *Scrutinium.*
O Utinam, quod Discipulos tu Christe rogasti,
Presbyter & Princeps, plebsque rogaret idem.
* Quid de me dicunt homines, si sapere rogaret
Quisque malum scire se, meliorque foret.

* Marc. c. 9. v. 28.

Lumine

102 EPIGRAMMATICUM

Lumen Gratiae.

242 *Ad amicum suum, D. Joan Tovey.*
L Una suam compleat solari lumine spharam;

Mens ut ab æterno Numine lumen habet.

243 *Fama, Error.*
R Umor rumores, errores parturit error;

Ut nivis exiguis crescit eundo globus;

Traditio historica de Rege Bruto.

244 *Ad amicum suum, D. Gui. Camdenum.*

C Omburi possunt libri, monumenta perire;
Nostra mori possunt, & tua scripta mori:
Insita sed genti, dum gens erit ipsa superstes,
Traditio vivæ vim quasi vocis habet.

245 *Ad D. Rogerum Owen, I. C. Equitem literatissimum.*

A ntiquas Britonum leges nova iuraque calles,
Quicquid & in rotâ discitur Historia.
Sermonem institutus de re quacunque, videtur
Viva, Rogere, tuum Bibliotheca caput.

246 *In Avarum.*

Q uo miser annorum viatum tibi mille parasti,
Annorum centum nec tibi vita datur.
Immensosque tibi nummorum cogis acervos;
Quæris & in vita gaudia longa brevi:
Olim dives ero parce si vixerò, dicas.
Ecce non, olim mortuus, inquis ero!

247 *Per insepulcro.*

P endentes agimus vitas in littore mortis:
Tam prope mors vita est, quam prope margo
Una fere res est homini mors vitaque, sicut (matr.)
Efficiunt unum Terraque & Unda globum.

248 *Mercurius Britannicus.*

O ptima descripsit Morus, tu pessima mundi:
Tu nobis narras vera; sed ille bona.

249 *De seipso.*

S unt quidam, qui me dicunt non esse Poëram,
Et verum dicunt, Cur? quia vera loquor.

250 *Ad*

110
pōhab
Sper
Te medi
Inven
Dete ve
Non

151
Ur vid
C Vox
Nil opus
Cumb
152
1 forte
S Au
153
Carcen
Cu

154
Conditi
Nam
Ut leges
Baco

155
Doptin
Si

156
Dota

157
Plejedi
Planeti

Grilli quer&
Mancere; m
Vetus longe
Methebe pi

ATUM
iz.
ianTorey.
ine sphera;
e lumen habet.
uri: error;
ndo globus;
ge Bruto,
Gal.
enta penit;
scripsit mon:
a superflue,
habit.

C. Equitem
raque calles,
litoria;
e, videatur
caput.
le parashi,
datur.
acerbos;
i:
ero?

oris:
am prope man:
sicut (maris:
lobum.
mundi:
na.
Poëtam,
loquer.
350 M

LIBER UNUS.

103

250 *Ad D. Guliel. Butler, Cantabrigensem.*
nostræ etatis Æsculapium.

Posthabita querant alii sua lucra salute:
Spermis dulce lucrum tu; tua cura, Salus.
Te medico, amissam desperat nemo salutem;
Inventum tanquam si Medicina cuum.
De te vera loquor; non, ut solet æger, adulor:
Non tibi ab infano laus, Guilielme, venit.

Ill-husbandrie.

251 *Ad Paulum, Jurisconsultum.*

Cur viduam Jus, Paule, vocat Commune reliquam
Vox hodie nuptis convenit illa magis.
Nil opus uxori mortem expectare mariti,
Cumbat ut in tristi semi-supina toro.

252 *Ultimum divortum.*

I forte in cœlum vix sumitur, uxor in orcum,
S Aut contra; non sunt amplius Una Caro.

253 *The worlds dungeon.*

Carceris est instar Tellus, quasi monia cœlum,
Custos peccatum; Vincula quæ? Mulier.

254 *Legum nullitas.*

Condidimus leges quam multas? quam prope nul-
Nam si servatur nulla, quid nulla valet? (ias?
Ut leges serventur adhuc lex unica fiat:
Haec cito facta fore lex; cito fracta foret.

255 *De flatu hominum.*

Deprimitur nisi pes alter, non tollitur alter:
Si casu alterius tollitur alter homo.

256 *Ad quandam.*

Doctor es incipiens; nunc incipe Doctor esse,
Præter mulieres & pueros

257 *Ad D. Ioan. Harringtonum, Equitem
literatissimum.*

PErlege divinæ sinuosa volumina Legis.
* In nullo numero sunt Puer & mulier.

* Matth: cap. 14. v. 11.

Civilis Puer & Mulier prohibentur ab omni
Munere; non Mulier, non gerit arma Puer.
Utuntur longa tunica Mulierque Puerque,
Imberbes parites sunt Puer & Mulier,

Fertur

304 EPIGRAMMATUM.

Fertur & in teneros Puer & cito Fœmina fletus ;
 Blanditiis Mulier decipiturque Puer.
 Cogitis in quantos hominum genus omne furores ,
 Tu Venus ô Mulier , tuque Cupido Puer.

Cereus Nasus.

258 Ad Cognatum suum , D. Reich.
 Meredit. Theol.

Promitrit nobis aliiquid sacra pagina ? nostrum
 Protinus hoc certa credimus esse fide.
 Exigit à nobis aliiquid sacra littera ? durus
 Sub nostram sermo non cadit istq fidem.

259 Scala Cali.

Vide ep. 1.	S ad Cor.
cap. 13.	A v. 8. 13.
S	T
E	I S
D	R E
I	A P
F	C S

IN Cœlum gradibus virtutum maxima septem ,
 Quattuor ascendit Spes bona , quinque Fides ,
 Spes lumen , soleisque Fides contingit ; Amoris
 Scala vel ad summum pertinet usque polem.

260 In Battum.

Ufatur mens lingua interpres ; Cor prius ergo
 Desinat , incipiatur quam tua lingua loqui.
 Nempe interpretis est locus in sermone secundus ;
 Raraque Legato verba loquente facit.

Laus Afini.

261 Nolite fieri sicut equus & mulus , quibus
 non est intellectus.

CUr asinum non junxit equo muloque Propheta ?
 Vecturus natum Davidis ille fuit.

262 Aulicorum par impar.

NON bene convenient , at in una fede moranrur ,
 Mominus vituperans omnia , Gnatho nihil.

Quatuor

LIBER UNUS.

105

Quatuor hominis causæ.

- 263 *Ad nobiliss. & maxima spei adolescentem.*
D. Ric. Sackville. Com. Dorcestria
ex filio nepotem.

Forma quid est hominis , nisi mens mala , vana ve-
 Principium quodnam Materiale? Nihil. (luntas;
 Materiam cum Forma igitur ne suspice , solus
 Finis & Eificiens respicendus erit.

- 264 *Ultima Linea.*
Ultimus est vitæ mors actus amara jocosa :
 Cujus vita fuit seria , mors jocus est.

- 265 *In obitum reverendiss. R. Vaughan,*
Episcopi Londinenſis.
Qui te viventem laudavi nuper abunde,
 Te ratus eximiis laudibus esse parem ;
 Heu cui defunctum te prædico parcias auxit
 Lætitia ingenium ; diminuitque dolor :
 Dum plures pro te lacrymas quam carmina fundo
 Confundunt lacrymis se mea verba : Vale.

- 266 *De Vita & Morte.*
Una via est vita , moriendi millis figure ;
 Est bene : nam mors est res bona , vita mala .
 267 *In Paulum decretum edificatorem.*
In quibus haud vivas , moriaris at in quibus ædes
 Paule ætuis : tumulus necfius anne domuna .
 268 *In Sextum , prædonem prodigum.*
Munificum largitorem te , Sexte , fatemur
 Qui , tua ne tantum des , aliena rapis.

- 269 *In Zoilum.*
Defuncto parces ; viventem , Zoile , carpes :
 Non ego propterea mortuus esse velim.

- 270 A Paire of Royal friends.

Anglo Scoro. *Britannos.*
Alio *Scoto Cambro.*
Cambre Anglo

Hoc in Amicitia mihi par Regale videtur,
 Tres inter quoties exstitit unus amor.

K

Sci. -

TUM
o Forma ferens;
ue Puer.
enus omne fons;
cupido Puer.D. Reich.
ol.
gina ? nocturn
is ehe file.
ra ? durus
ileqident.ad Cor.
v. 8. 13.8
imia septem ,
quinkue Fides
ingit; Amoris
sue polen.Cor plus ergo
lingua logia.
ermone secundum
se facit.ur , quibus
u.
nologue Prophet
a fuit.a fide monerit,
Gnatho n. il.
Quoniam

BLB

106 EPIGRAMMATICUM

Scilicet, ut gemino sit par in amore tuorum,
Et unusquisque trium bis numerandus erit.

271 Regnum divisum.

IN mundo nihil usque posset consistere, Mundus
Non semper stabit: cur? quia dividitur.

Annulus Concordia.

272 Ad Britannos. 1607.

SCotia fert Gemmam; gens Anglicæ conferat Au-
Annulus hinc fiat; Rexque sit ipse faber. (rum:
Excitat Europæ nova nos concordia; ne dum
Cuditur à fabris Annulus, Annus eat.

273 Britannia.

Scut era in principio, sic nunc es, & es.
Usque in seculorum secula semper, Amen.

Steganographia.

274 Ad Lectorem curiosum.

CUR sint obscuro sensu mea carmina, quæris,
Utiliter nequeant quæ sine clave legi?
Est Epigrammatici non esse Polygraphon: ergo
Conveniens illi est, esse Steganographon.

275 Unus Deus.

UNUS cunctorum pater indubitus Adamus;
Nec possunt plures patribus esse Dii.

276 Ad nobilissimam ac Illusterrissimam Domi-
nam Arbellam Stuart.

SI foret in nudis vittus aut gloria verbis,
In laudes facerem carmina mille tuas.
Nobilitare potest nostra mta gloria Musam;
At tibi Musa potest addere nostra nihil.

F I N I S.

M O-

A T U M
nosevrum,
ratus est.
enstere. Much
a dividitur.

MONOSTICHA

quædam

ETHICA & POLITICA

veterum Sapientum.

K 2

AD

nglia conser
iciple haben. Ju
dia; ne den
nus ear.
es, & cels.
emper, Ames,

aima, quæris,
ave legit?
phon ergo
graphon.

as Adamus;
sic Dii.

m Domi.

verbis,
ille curat;
la Musam;
nihil.

SEN TENTIA
AD LECTOREM.

Disticha nostra legant pueri , castraque puellæ;
Continet obscuras fabula nulla jocos.

Cur gravibus texam quævis mea disticha verbis?
Cultores Christi non decet esse leves.

2 *In tribulatione virtus , ut aurum in
igne perficitur .*

Quod fornax auro facit , hoc tribulatio justis:
Rebus in adversis certa probanda fides.

3 *N*unquam vera fuit charitas , quæ desit esse;
Nam nullus veri finis amoris erit.

Obscuræ fabula à pueris vitanda.

4 *N*ficit obscuræ puerorum carminis aures
Fabula : dum vatum queritur ipse nitor.

5 *Mala durant , quæ teneris mentibus
discuntur .*

Heu male diluitur , teneris quod mentibus hæsit;
Præfertim durant quæ didicere mala.

6 *Omnis sunt felices , ubi omnes amici .*

Quam felix , & quanta foret res publica , cives
Si cunctos unus conciliaferet amor.

7 *Nil sine spe præmii sit .*

Est labor ingratus , quem debita præmia fallunt,
Quid grave non fiet spe sine , si leve sit?

8 *Animum dantis Deus , non donum
considerat .*

Non quantum dederis , sed quanta mente dediti,
Penandum est : placat viætima parva Deum.

9 *Ræcta conscientia dat verum gaudium .*

Gaudia vera dabit mens omnis criminis expertis;

Heu mihi quam pauci gaudia vera ferent!

10 *Sola virtus beator efficit .*

Omnia cum pereant , est virtus sola perennis:

Hæc immortales reddere sola potest.

II. Nom.

TIA
OREM,
caisque pueri,
a nulla jocosa,
et esse leves,

turam

ribulatio judiciorum
obanda etenim.

magis deficit esse;
tis enim.

standa,
minis aures
et ipse nitor.

meribus huius

e mala.

amicis,
ablica, civis
amor.

præmia falluntur;

si leve sit;

nam

a mente dedil-

parva Deum.

judicium,

minis expen-

era ferent!

II Nov,

MONOSTICIA ETHICA. 109

11 Nemo confidat divitiis suis.
Quid tibi si gemmas omnes cumularis & aurum
Si tua tartareis mens cruciatur aquis?

12 Utendum est florida aetate.
Smora nulla datur vita labentibus horis,
Cur ita cum longo turba sopore jacet?

13 Mors est invitabilis.
Qui subito palles, auditio nomine mortis,
An tibi res nova mors? unde repente metus?

14 Quando mors sit optima.
Optima tunc mors est, cum vita est criminis ex-
pers:

Mors felix, vita est cum tibi cara magis.

15 Post gaudium vita venit iuctus mortis,
Quid latet miser? nescis post gaudia vita
Perpetuos iuctus mortis adesse tibi?

16 Non Deus est autor culpa, sed pena.
Non Deus est autor culpa, sed criminis ulti-
Pro meritis iustis premia iusta dabit.

17 Omnia divitibus licent.
Quum reus est dives praetorem naetus avarum,
Quid non sperabit posse licere sibi?

18 Forma caduca mali per sepe causas.
Quid fidis formæ, populat quam morbus & ætas?
Multis causa mali candida forma fuit.

19 Uxor bona & non pulchra habenda.
Sit formosa aliis uxor, tibi sic bona: nescis
Quam noceat castæ forma pudicitia.

20 Difficile est custodire formosas.
AGræ formosam poteris fervare pueram,
Nunc prece, nunc auro forma petita ruit.

21 De infelici patria.
Inflexi patria est, pueros, ubi purpura vestit,
Atque ubi præcedit dives honore bonos.

22 Illa patria est felix, ubi juventus
afluecit modicis cibis.
Illa domus felix, ubi parvo assueta juventus,
Inque loco coctum luxuriatur olus.

210 MONOSTICHA ETHICA

23 *De falsis gaudiis.*

QUæ durare puras mortalis gaudia vitae,
Sunt brevia, & finis tristis amoris erit.

24 *De veris gaudiis.*

UNa salus servire Deo est: hæc gaudia sola
Vera putes: quorum gloria finis erit.

25 *Iudex & censor omni careat peccato.*

ASpiciat lucem, qui vult damnare tenebras,
Qui carpit mores, fit sine labe prius.
Cor Deus in Iusti nebulis obnubilar artis,
Exuit & formam fitque repente fera.

26 *Aliena magis quam nostra virtus
cernimus.*

CUr aliena magis quam crima nostra videmus;
An quia nostra procul sunt, aliena prope?

27 *De avaro.*

NUfquam fraude caret, semper mentitur avarus,
Erga inopes furdus ferea corda gerit.

28 *De gloria.*

Gloria si dulcis, studeas virtute parare:
Quo labor est maior, gloria major erit.

29 *Nec ciù nec temere jucundum.*

JUDICium præcepis infani iudicis index,
Omnia nec longis discutienda moris.

30 *Ad magna præmia magno labore
veniuntur.*

SIta delectant æternæ præmia vita
Magna quidem, nec te terreat ergo labor.

31 *Qui bene vixit, non timet mortem.*

QUi bene præteritos sine labe peregerit annos,
Non horret mortis vulnera dira pati.

32 *Eudiendi pueri in tenera etate.*

DUM senecta est ætas, generofos imbue mores,
Tunc facile est cunctis artibus ingenium.

33 *Mors malorum pessima, bonorum felix.*

Formidanda malis sequitur quam pacra perennis,
At contra felix mors solerit esse bonis.

34 Medi-

ET POLITICA.

Modicis tibis natura contenta.

Esse cupis frugi? facile est, nam panis & undæ
Prædives dapibus quilibet esse potest.

Si quanta æterna sunt viræ præmia volvis,
Omnia pro Christo perpetuere libens.

36 *Quæ sint verae divitiae.*

Divitiae non sunt argenti pondus & aurum
Virtutes veras accipe dicitas.
Virtus post funera vivit.

37 *Vixit fortuna sapientia.*

Si fueris sapiens, Cruci superaveris aurum;
Nam sapiens uollo tempore vixit inops.

38 *Ad Petrum.*

Te miserum dicis, fareor, sine crimine quenquam
Non vidi miserum: tu miser ergo, Petre, es.

39 *Omnia patienter ferenda, ut ex voluntate
Dei procedentia.*

Quod tibi contigerit, patienter ferre memento:
Nam certum, fieri numine cuncta Dei.

40 *Mens bona nunguam timet, at mala
semper.*

Conscia mens recti nullo commota pavore est;
At mala mens semper sollicitata pavet.

41 *De Veneratione parentum.*

Qui cupis esse senex, caros venerare parentes?
Quæ patri facies, filius illa tibi.

42 *Contra mercatores rerum terrarum
Epigramma.*

Per mare, per terras mercator queritat aurum;
Sic Cœli æternas, stulte, relinquis opes.

43 *In Parasitos.*

Qui socius mensæ est? verum ne teris amicum?
Tolle epulas, noscere quam tibi fidus erat.

44 *Contra tradentes bene operari.*

Cras, inquis, faciam co necessaque labitur hora;
Fao hodie, fugit hæc non redditura dies.

112 MONOSTICHA ETHICA

45 Qui meminit mortis & inferni, facile à
vitus affinebit.

IS facite exstinguet Veneris flagrantia tela,
Qui timet internum, qui Phlegethontis aquas.

46 Ad Simonem Canisianum:
TE dare promittis, nec das mihi munera, Simon?
Nil tibi debebo, si mihi tarda dabis.

47 Bis dat qui cito dat.
MUNera des iuxta, corrumpunt tædia donum:
In quo censendum est, quid nisi dantis amor?

48 Qui cito & temere promittit, nusquam
servat fidem.

QUi cito, qui temere spondet, se multa daturum,
Quæ male promisit, turpius illa negat.

49 Negare in principio, est dare beneficium,
Si bene negetur.

QUi cito vel belle negat, is tribuisse videtur
Munera; nam semper est odiosa mora.

50 Cui plus Deus dedit, plura requiri.
CUI bona multa Deus concedit, plura requiri,
Ni dispensarit quas bene cepit opes.

51 Justitia & charitas sunt armatura
Principum.

JUSTITIA & charitas, dilecti Principis artes:
Hæc sunt arma, quibus nulla nocere queunt.

52 Qui dat insipua, nunquam erit pauper.

QUi bene divitias inopi donabit amico,
Hic omni felix tempore dives erit.

53 Pueri & juvenes non debent maledi-
cere sacerdos.

NE sœva in canos juvenis convitia frondas,
Sed subito affugias prætereunte sene.

54 A prima etate sunt docendi pueri.

Vera tuis ut sit si vis sapientia carnis,
Cum primo hanc sitiens ebibe lacte prius.

55 Unde Senatus dicitur.

A Senibus prisca sumtum dixere Senacum:
Est robur juvenum consiliumque senum.

56 De

56 De fenus Prudentia.

A Sene consilium queras : prudentia rerum
Est illis , sine qua curia quæque perit.

57 Signum ruinæ , gubernatio juvenum.

Urbes , regna , domos , juvenum quas rexerit ardo ;
Sint quanquam fortes , certa ruina manet.

58 Qui cito credit , cito perit , nec non
levis est corde.

QUI cito crediderit , fallitur sapientia .
Est cordis ; raro fallitur ipse senex.

59 Quid sit lex & justitia.

Vis legis , prohibere malum est , permittere hone-
stum :

Justitia est , semper jus dare cuique suum.

60 Injustitia ruina urbium.

Nisi injustitia misera est infestius urbi :
Funditus haec muros perdit , & illa domus.

61 In caelo verò amicitia.

Si nihil in terra casto perhibetur amore
Dulcissimus , in caelis qualis amicitia ?

62 Seneclus bonis jucunda est , malis
vero morosa.

QUæ caruit vitiis , dulcis soler esse seneclus .
Contra morosa est , quæ viciose fuit.

63 Utilius est unum ac sape librum legere
quam multis accumulare.

EGregios , cumulare libros præclara supelix ;
Ait unum utilius volvere sapientia librum.

64 Nil sine amicis jucundum .

Quid tibi jucundum submoris esset amicis ?
Cuncta tibi quanquam sint cumulata bona .

Alcer ego est verus multumque probatus amicus ,
Quo nobis debet carius esse nihil .

65 Amici prius eligendi , electi semper
reinendi.

Non temere admiras , nisi fidum noris , amicum :
Sed semel admisus semper habendus erit.

66 Scire

114 MONOSTICHA ETHICA

66 *Scire mori est honos mortis.*

Mortis honor est scire mori, vitaque beatæ
Exitus est testis qui sine labe fuit.

67 *Quis sit dives.*

Non est, crede mihi, multis qui possident agros,
Dives: sed dives, cui satis unus ager.

68 *Liberalis.*

Quas inopi & dulci lætus donabis amico;
Temporibus nullis eripentur opes.

69 *Aegroti non curantur à pluribus.*

Nunquam, crede mihi, à morbo curabitur æger,
Si multis Medicis creditur una febris.

70 *Quomodo dives & felix fieri.*

Vis fieri dives? Christi mandata sequaris:
Diminuasque animi gaudia nota rui.

71 *Amici divitium sunt falsi amici.*

Quem tibi divitiae peperere, eis falsus amicus;
Argentum, non te, diligite ille tuum.

72 *Quales principes, tales populi.*

Si studia & mores populi cognoscere curas;
Res facilis: vitam Principis inspicies.

73 *In adulatores.*

Blandus adulator Regum certissima peccatis:
Hæc gaudet sanctos perdere sepe viros.

74 *Quales esse debemur.*

Nulli sis blandus, sed verus & omnibus æquus;
Vox clamore vacet, sit sine lite sonus.

75 *De risu.*

Immodicus risus non est sapientis; at index
Stultitiae, lepidi sint sine dente joci.

76 *Ne simus loquaces.*

Vis sapiens dici, raro & meditata loquare:
Sæpe loquax verbis proditur ipse suis.

77 *Vera laus honorum.*

Cmne genus laudis turpi vilescit in ore,
Vera bona & docta laus solet esse viri.

78 Nee

78 Nec nostra laudare , nec aliena reprehendere debemus.

NEc tua laudabis , nec facta aliena reprehende :
Non satis est , alter si sua facta canit.

79 De munieribus.

Quid non argento , quid non corrumpitur auro ?
Qui majora dabit munera , vicit oritur.

80 Paupertas cum bona sit , ab omnibus evitatur.

SObria paupertas multorum causa bonorum est ;
Hanc tamen ut pestem plurima turba fugit.

81 Natura paucis contenta.

Quidnam desse potest , modicus si panis & unda
Prandia vel coquas si tibi praebet olus ?

82 Mors vitari non potest , itaque nec timenda
nec fugienda.

QUod nequeas vita e fugis ? mors omnibus instat ,
Nec formidanda est nec fugienda tibi.

83 Gloria sepe spreta cumulatior reddit.

NArrent de te alii : proprio fordescit in ore
Gloria ; si taceas , plus tibi laudis erit.

84 Laus liberalitatis.

Lle Deo similis , qui dat bene munera latus :
Qui repetit fecundus , fecundis officio est.

85 Nulla major usura & sanctior , quam paucere pauperes.

NUllum magis erit lucrum , quam paucere egenos
Favore nam grandi centupla dona ferens.

86 Qui pauperibus elargitur , in celo
the/curizar.

Qwas Christi causa misericordias egenis .
In celo æternas conciliabiles opes.

87 Nullum magis lucrum neque certum , quam
credere Christo opes.

MUnera si gratis dederis , si latus amicis ,
Toller divitias has tibi nulla dies.

88 Dat

116 MONOSTICHA ETHICA

88 *Dat gratis nemo.*

MUnera qui mittit, sperat majora remitti;
Nemo suas velle perdere gratis opes.

89 *Ad amicum.*

Accipe parva mei latus munuscula censu;
Nec quæ sint, sed qua, sulpice, mente data.

90 *De charitate.*

Est charitas perfectus amor, perfectaque virtus,
Qua sine perfectum nil reperire potes.

1 *Qui vult esse altus, sit humilis.*

Esto humilis, quisquis fieri cupis incola cœli:
Faus tartareis excorciatur aquis.

2 *Tardi & considerati ad loquendum
debemus esse.*

Qui cito præcipitat velox sine pondere verbum,
Errat; demissum non revocare potest.

3 *Quod dices facie & aliis, tibi fieri &
dicitur.*

Quæ dices alii tibi mox responsa remitti
Exspectes; cupies, qualia dona dabis.

4 *De iracundo semper excedente justitiam.*

Qui temere & præcepit rabidas exarbit in iras,
Exceder semper limina justitiae.

5 *Quæ virginitati obstinet.*

Qui vult virginem cœlebs servare pudorem,
Otia devitet, formineosque choros.
Sæpe pudicitiam mulier formosa propinquæ
Eripuit castis, multaque damna dedit.

6 *Tutior est filibus basiliſci, quam ean-
tus pueræ.*

Tutius in silvis basilicum audire frementem,
Quam molles cantus formineisque melos.

7 *Tria mulieris petulantiam cohibent.*

FOmina molle genus, turpes proclivis ad atra,
Ni vir sit cuitos, ni pudor atque metus.

8 *Laus virginitatis.*

Virginitas animi murus, victoria carnis:
Pectus honestatis sancta pudicitia est.

9 *Luxus*

Luxus ingenium & mores perdit.

Nihil lethale magis, quam luxu perdere mores;
Hæc pestis juvenerit sevior ingeniis.

10 Non decet virum muliebri cultu incedere.

O Quam tupe viro muliebri incedere cultu,
Molliaque evulsis reddere crura pilis.

Conscientia bona nil timet.

Qui recte vivit, contemnit jura superba:
Conscia mens recti nil timuisse potest.

12 Amicus verus in re incerta cernitur.

Invenies multos, si res tibi floret, amicos:
Si fueris pauper, nullus amicus erit.

Rebus in adversis patientia vera probatur,
Rebus in adversis vera probanda fides.

13 Duplex pena peccanti Principi
imponenda.

Si proceres peccant, si peccavere parentes,

Exemplo & sceleri pena paranda duplex.

Sæpe patris mores imitatur filius infans:

Qualis erat mater, filia talis erit.

Casta refert castæ genitricis filia mores.

Lascivæ nunquam filia casta fuit.

Et verbo & facto parvis sit regula natis,

Optima sitque omni tempore norma pater.

Altera natura est habitus; quam junior artem
Perdites, tollet nulla senecta tibi.

14 Sola virtus beatos efficit.

Sola potest homines felices reddere virtus:
Hinc soli è cunctis non Libitina nocet.

Eloquenia vires.

Nihil tam difficile est, quod non persuadeat, & non
Efficiat docti lingua diserta senis.

16 De eloquentia.

Ancipiit eloquium longe penetrantius ense:
Hoc rabiem notam se dat, & arma virum.

Qui verum audire non vult, perit.

Desperanda salus, qui verum audire recusat,
Inque suum præcepis labitur exitium.

118 MONOSTICHA ETHICA

18 Conscientia bona judicem non timeret.

A ccusent te mille licet, mens conscientia recti
Stat tamen, & nunquam judicis ora timeret.

19 Ad vanilogium.

O Mnibus in triviis recitans tua carmina laudas:
Si vis ut laudem, disce tacere prius.

20 Qui senex laudandus.

U T laudanda senis probitas; ita fœda senectus
Culpanda est, turpi quæ maculata probro.

21 Poëta multa lectio opus.

I Nstar apis debet variis excerpere libris,
Mellifluo ut manet dulcis ab ore liquor.22 Se quisque metitur, & alius erit
æquus judex.T E perpenda prius, nec det tibi purpura fassum,
Ut tibi, sic alius arbiter æquus eris.23 Virtutis principium asperum, finis
vero amoenus.E St opus incepto: finis virtutis amoenus,
Principiis quamvis aspera prima via est.

24 Voluptas pessis juvenum & senum est.

V Is fieri felix, est debellanda voluptas:
Hæc juvenum exitium est, pessis & illa senum.

25 Jactantia est omnibus invisa.

O Mnibus invisa est stolidæ jactantia mentis:
Dum de te loqueris, gloria nulla tua est.

26 Quæ carent effectu, non sunt tentanda.

Q Uæ fieri nequeunt, profutus tentare recusat:

Ingenii debes pondus habere tui.

27 Sapiens nihil invitus facit.

N II facit invitus sapientis: exire recusat,
Quod vitare nequis? velle necesse tibi est.

28 Quos bene vestitos, eosdem quoque egre-

gios vulgus putat.

S Im modo me spernis, murarâ te ueste redibo,
Quod mihi non dederis, vestibus ipse dabis.

29 Nov

- 29 Non est credendum blando adulatori.
Quite plus solito demulceret carmine blande,
Te capere insidiis nititur ille suis.
30 Quæ scimus docere ; quæ nescimus ,
 dixerit debemus.
Quæ nosti impertire libens , facilisque rogans
Eto : quæ nescis , discere non pudeat.
31 Qui alios reprehendit , se primum
 castrigat.
Cum fueris censor , primum te criminis purga ,
Nec tua te dannent facta nefanda reum.
Ne tua contemnas , aliena negotia curans ;
An tibi te quisquam junctior esse potest ?
32 Amico fac pro sis , ut tibi non ob sis .
Esto memor caro semper prodesse fodalis .
Ut tibi non noceat preftita amicitia .
Si cutare , tuis egeas ne rebus , amicis ,
Sarcina namque humeris sola ferenda tuis .
33 Amici paucissimi .
Millibus ex multis unus vix fidus amicus ,
Hic albo corvo rarior esse solet .
Festinatio & ira sunt inimicæ consilio .
34 Consilium præcepis sequitur plerumque ruina ,
Ira quoque est valde noxia consilio .
35 De virtu modesto .
Sic facilis virtus nullo irritante saporem ,
Sed stomachum & gustum moderat ipsa fames ;
36 Laus sit modesta , virtu peratio modica .
Si quem laudatis , parce laudare memento :
Crimina culpato parcus ipsa tamen .
37 Authoritas dicentis non est attendenda ,
 sed quid dieat .
Nec te dicentis moveat reverentia . sed quid
Dixerit , attendas qua ratione probet .
Aufonius in Epigrammata .
NON est dives opum , dives ; nec pauper inopsque
Infelix : alio nec magis alter egredetur .
Dives egreditur gemmis ; Cereali munere pauper :
Sed cum egeant ambo , pauper egens minus es .

220 MONOSTICHA ETHICA
I.

Omnia dispereunt, mundo quo^r pulchra videtur,
Divitias subito fors inimica rapit,
Perpetuo durat virtus doctrinaque rerum,
Inque illam fors nil, quod dominetur, habet,
Hæc tibi sola potest laudemque deculque patare,
Te facit hæc veris deliciisque frui.

Hanc studiose puer vigili tibi quære labore,
Hæc tibi præ cunctis sit potiore loco.

II. Clarior haud natos sequitur laus ulla, parentes
Quam si dilectos debito honore colant,
Hos ecclœsis enim sequitur benedictio patris,
Hisque datur fatu prospere fui.
Cum sibi jam mortem sentiret adesse Tobias,

Hæc haro nato tum documenta dedit.
Hoc fili cures, ut toto tempore vitæ

Afficias matrem gratius ubique tuam.
Hinc Salomon foliō surrexit protinus alto,

Ad se cum matrem cerneret ire fuam.

Omnibus in rebus naturæ hoc lexque requirit,
Omnia disponens hæc juber atque Deus.

III. Qui vitam turpem & sceleratam vivere gaudet,
Et nunquam timuit foeda patrare mala.

Vulnere lethifero tam fauciū est miser ille,
Ut nunquam plane convalusse queat.

IV. Passibus ambiguis fortuna volubilis errat,
Et maner in nullo certa tenaxaque loco :
Sed modo lata maner, vultus modo fumit acerbos,
Et tantum constans in levitate sua est.

Anagramma nominis Autoris,
à D. Dn. Tr. inventum.

Joannes Audanus.
Ad annos Noë vives.

De eodem Distichon.

Non minis hoc Anagramma tui de te puto falsum
Verum de libris auguror esse tuis.

D. Dn. Tr. Med.

De eodem.

De te deque libro verum est Anagramma, quid ob-
Tuque facis librum vivere, teque liber. (Rer^eb^{is})

Joannes Roffe, I. C.

E P I-

H A L T H I

que pulcherrima
nica rapit,
tique rerum,
domine, iuste,
de deinceps pax
ue frui.

que labore,
ore loco.
ut laus illa, pax
monore colam,
medio patet
ue frui.

ad eile Tobit,
centa dedit.
vitz

re tuam.

orinus alto,
re suam.

ex que requiri,
que Deus.

aram vivere ga
patrare mala.

nifex ille,
queat.

obligabilis errat,

maxime loco:

do fumit aceno
sua est.

aris,

m.

i,

s,

e re puto fallim
e cuius.

D. De Tr. M.

igramma, quod ob
reque liber, (her)

J. Janvier 1573, I.C.
E.P.L.

EPIGRAMMATUM JOANNIS OWEN

Oxoniensis Cambro-Britannii

L I B R I T R E S.

Ad H E N R I C U M Principem
Cambricæ, duo,

Ad C A R O L U M Eboracensem
unus.

L 3

A U^o

A U T H O R
A D L E C T O R E M.

IN laudem Autoris, solemni, at more recenti,
Miraris, quare carmina nulla legas?
Nostra parochinum non poscunt carmina; quare?
Si bona sunt, bona sunt; si mala sunt, mala sunt.

Idem, ad cun.iam.

NOn sunt quod lites Epigrammata nostra, nec
auctor
Quod sub causidico vociferante cliens.
Nemo potest verius (nec tanta potentia regum)
Vel ferrare malos, vel jugulare bons.

E P I.

EPIGRAMMATUM

JOANNIS-AUDOENI
CAMBRO-BRITANNI.

*Ad HENRICUM PRINCIPEM
Wallie.*

LIBER PRIMUS.

Ad II. Princitem Auguflum.

IN libris pro more novis & amore dicandis,
A summo fumo Principe principium.

Ad Macenatem.

NON ego patronum desidero versibus ullum,
Macenate liber non eger; Autor eger.

Ad Marcellum, I. C.

PAULINI nuper Patiens, Marcella, fuisti
Esse pares vultis? sit tuus ille Cliens.

*Ad Henr. Wallie Principem,
Opt. Max.*

PECTUS & affectus, cerebrum, ratio, caput, & cor,
In te funguntur munere quodque suo,
Pectus enim cerebro, fons ratione gubernas;
Cor, capitis iusfu, non nisi justa cupit,
Cambria tres invicta tulit cognomine* Magnos,
Tu Magnus, Princeps Optime, quarrus eris.
* Tres Principes Wallie cognomento Magni.

Mercurius Gallo-Belgicus.

MERCURIUS non fit de qualibet arbore; finge
Mercurium ex ligno quolibet ille faber.

Orpheus.

ORpheus uxorem raptam reperivit ab oreo;
Duxit ab inferno fixmina nulla virum.

124 LIBER PRIMUS.

7 Vespes Academie, Ad Oxonienses & Cantabrigienses.

Cur, quicunque studi generosis artibus, aet
Cernitur, & nostra Clerus in urbe niger?
Defundit nostra lugent ob Apollina mufæ?
An Mæcenatis funera flenda dolent?
Hæredes habet iste tamen; concedo: bonorum
Scilicet hæredes, non bonitatis haber.

8 An Petrus fuerit Romæ.

A N Petrus fuerit Romæ, sub judice sis est;
Simonem Romæ nemo fuisse negat.

9 Ei vey καὶ εχει.

E sse & Habere, bonum eit: dixit quis nescio Grajus;
Addidit Almannus nescio quis; Bibere.

10 Ad Ligurinum.

U xorem, Ligurine, ruam colit Artius: atet
Semen tem fecit; sed tua nesciis erit.

11 Non occides; non furaberis

F urtum non facies; Juristæ scribirut hæc lex.
Hæc, Non occides, pertinet ad Medicum.

12 In Alanum Decoctorum Chymiam.

C hymicus ex auro non aurum fecit Alanus;
Aurum ex non auro non potuit facere.

13 Ad Henr. Principem.

P rimus eit, esse fuum; tamen hoc cui fata nega-
Alterius non sit, qui Tuus esse potest. (runt.

14 Ad Ricardum, Comitem Dorectriæ ex

G alliæ reducem. 1612.

M utavit, quod raro sol, mutatio cœli
In melius mores ingeniumque tuum.
Doctior & melior, tibi gratulor ambo, redisti,
Magne Comes, redeas tu, licet, unde redis.

15 Novem } Musæ.

} Mutæ.

MOEÆ cum fileant Musæ. quid referat, utrum
Musæ an Muras dixeris esse novem;
Ut γλῶσσα à γλώττæ differt idio μωτε tantum.
Discrepat à Muta nunc mea Musa parum.

16 Homo.

16 *Honoris* { Etymo-
Genea- } logia.

Divitias & opes Hon lingua Ebræa vocavit;
Gallica gens aurum Or indeque venit Hon-or.

17 *Ad Cornurum.*

Littera Pythagoræ discrimine sefta bicorni
Dicitur ; et tua frons littera Pythagoræ.

18 *Ad Dindymum.*

MAndere te modios mecum salis. inquis , oportet:
Coptus ut ad sumnum progrediatur Amor.
Manudicare salem memini te , Dindyme , nunquam,
Dic igitur , quando noster amicus eris ?

19 *Mulier Canonica.*

Est mulier tanquam generalis regula ; quare ?
In multis fallit regula ; sic mulier.

20 *Votum Salomonis.*

Cur regis sapientis erat Sapientia votum ?
Optasset Salomon , si sapuisset : opes :
Non optavit opes Salomon , sapientius optat,
Nam sapere optavit ; cur ? quia non sapuit.

21 *Quid novi ?*

NIl ait esse novum Salomon sub sole ; Columbus
In veteri mundum reperit orbe novum.

22 *Britannicarum mulierum trinitas , unde
nata est Britanniarum unitas.*

Conseruere Rosas * Henrici mater & uxor ;
Uiius Henrici filia Regna duo
Uilius ô felix ! felix Henrice maritus
Septime ! ter felix in * trinepote pater.
* Septimi, † Margarita Jacobi 4. R. Scotorum uxor ;
unionis mater. * Jacobo I Britanniz Monarcha.

23 *Δωρεὶς Βασιλικόν.*

Est optata tibi , Salomon , Sapientia ; Doren
Optata, Regum maxime , Basileas.

24 *Beatis*

126 LIBER PRIMUS.

24 Beati Muni-
Paci- fici.

Jacobus Iaceras Britonum res munit & unit;
 Munificus Rex est noster & Unicus.

25 In Gaurum Ecclesiae Canonium.

A Pocryphas inter legitur Sapientia chartas;
 Tu licet insipiens, Gauri Canonicus es.

26 Limax. Emblematicum.

L Imaces, male convenientes sunt vir & uxor:
 Non habitant unam formam masque domum.

27 Christ, Columbus.

C Edere diluvium, composque parete liquefiant,
 Nuncia de celo prima columba venit;
 Aequora sic ultra nostris incognita primus
 Nunciat immensos esse Columbus agros.
 Aurum arrham secum tulit alter at altera olivam:
 Alter divitias, altera delicias.

28 In Regicidas.

S I manus offendat te dextra, abscondito dextram.
 Offendat si t' pes, abjice; Christus ait.
 Corpus in errorem dexter si ducat* ocellus,
 Ipse oculus peccans effodiendus erit.
 Quilibet abscondi pars corporis erga jubetur;
 Excipiunt Medici Theologique caput.
 * Marc. c. 9. v. 43. l. v. 45. 47.

29 Ad Georginum Archiepisc. Cantaurensem
 gratulatio, 1611.

O Xoniam cito te Redorem, Venta Decanum,
 Pontificemque * urbes obtinuere dux,
 Venisti Londinensem cito Praeful in urbem;
 Factus es Anglorum Metropolita cito,
 Lectus es in triplicem cito, Rege vocante, Senatum
 Quid supererit optem quod tibi? Sero mori.
 * Lichfeldia & Coventria.

30 Ad judicem Decianum.

N On volo te surdum, non mutum: te volo cæcum
 Non claudum: mancum te, Deciane, volo.

31 6a/86

30 *Casaris Cæsari; Dei Deo.*

O Mais principium finemque habet & quis potestas,
Fine caret solus principioque Deus,
Indefinita est, non infinita potestas
Cæsar is : in terris omnia nemo potest.

32 *Tria Sabbathæ.*

SAturnus, Sol atque Venus tria Sabbathæ signant,
Turcarum, Nostrum, Judaicumque vetus.
Pallida Judæo est facies, & frontis imago,
Plumbea; Saturno dixeris esse farum.
Uxorum vir multarum, quo Sabbathæ servet,
E. Elegit Veneris non male Turca diem.
Quo Sol iustitia, mea lux, mea vita revixit,
Solis apud nos est sola in honore dies.

33 *Ad Davidem Murray, equitem, II. Pr.*
ab interiore thalamo.

CUi faver, hunc princeps incautus honoribus au-
Huic sapiens, dignus qui sit honore, faver: (get:
Principis hæc nostri est virtus insignis; amore
Dignatus dignos: te, similesque tui.

34 *Paxum, Volo, Nolo; Anomala.*

QUod volo, non possum, quod possum, nolo vicif-
Tota hominis vita est nil nisi, Nolo, Volo. (sim:

35 *Patientia.*

VIncit qui patitur; potitur, potiturque peritis,
Vincitur at semper fortina que patitur.

36 *De genuflexione, problema.*

CUm defertur honos demissio poplite, quare
Unum vir, mulier torquet utrumque genu?
Vir semel, at mulier bis serva creata videtur,
Paret enim patri virgo, marita viro.

37 *Ad Gulielmum, Comitem Pembrochij
Regi à Consilio.*

Nondum ætate senex, juvenis nec moribus; ecce
Te jubet esse suum Rex parræque patrem;
Quod te Rex tanto fuerit dignatus honore,
Gratuler? an quod sis dignus? utrumque licet.

38 *Ad*

38 *Ad Johannem electum Episc. Londonensem, 1611.*

Destinat æternæ te Rex doctissimus urbi;
Te sibi pastorem urbs ambitiosa perit;
Sede vacante alii veniunt, de more petunt
Artis & ingenii præmia lacra sui;
Te Rex ipse vocat, vocat Archiepiscopus, ipsa
Te vocat Urbs, huc tu sede vacante venis.

39 *De ortu & occasu.*
Sole oriente, cui reditus à morte memento:
Sis memor occasus, Sole cadente, tui.

40 *Ad Petrum Junium, Scoto Britannum,
alim Jacobi Regis preceptorum.*

Nascitur indignè, per quem non nascitur alter;
Tu nasci, nosci tu, Petre, dignus eras.
Nempe tuo geniti sunt de sanguine septem,
Corporis effigies ingeniique tui.
Doctorum tu tot pater es, doctissime Juni,
Prudentum quot erat Græcia docta parens.

41 *In Gaurum.*

Stultus es & sapiens, quis credar, Gaure? Secundum
Quid sapiens, Stultus quomodo? Simpliciter.

42 *In Tullum.*
St, quanquam tacitura silentia præcipit, edes
Tu sine vocali syllaba sola sonum.

43 *Diarium Henr. Comitis Northamptoniae,*
UNI ET UNIVOCE.

Univoco Britones servire docemur, et uni
Jacobo, qui nos uni et univoce.

44 *In Quintum somniorum.*

Audite saepè querentem & mane dolentem,
Quince, quod in somno nil ita cernis, ut est
Quid mirum, qui sola diu mendacia dicis,
Si nunquam noctu somnia vera vides?

45 *Ad Robertum Carum, Regi & Consilii, &c.*

Plebs huic raro favet quem carum rex habet, illi
Raro favent reges, quem leve vulgus amat:
Ardua res, Carum esse simul Regique gregique,
Te vehit aura duplex; Rex, populique favor.

46 *In*

LIBER PRIMUS.

129

In quendam Hypocritam.

Nescit, aīs, mea lāva manus quid dextera doner,
Credo, quod omnino dat tua dextra nihil.

I. Lipsi obitus 1606.

Sæcula post sex arque decem sexq; insuper annos,
Clauſisti criticum, Juste dolende, diem.
Viderunt hoc lucem anno mea carmina, quo tu
Mortuus es Lipsi, Nox tua nostra Dies.

48 *Thoma Overbury, Equinis poëta ingenio-*
fum, ad uxore perfēcta.

Uxorem Angelico describis e armine talem,
Qualem oratorem Tullius, ore potens.
Qualem describis: quamvis tibi nuberet uxor,
Æqualis tali non fōret illa viro.

Locatio Beneficii.

Quod bene sit puero, perit; obliuiscitur ille;
Decrepito quod sit, non perit, ipse perit,

Jus ambiguum.

Legista & Medicus sunt Juris uterque periti;
Hic ægros, alter jute tuetur agros.
Jus dare cuique suum didicit Legista clienti;
Ægrotu Medicus jus dare cuique suum.
Jus Legistarum quid differat à Medicorum
Jure rogas. Siccum est illud, at hoc liquidem.

51 *Ad Henric. Principem 19. Febr. natum.*

*Anno * 1594 * Omen Aureum 1611 19 Jun.*

Jam decimo nonoæ æars tua currit in anno :
Qui numerus, felix; † Aureus, omen habet.
Hic tibi nam, si me non fallunt omnia, secum
Aureus * ingentes afferet annus † opes.
* Figuræ numeri 1594. per additionem Arithmeti-
cam reducuntur ad numerum aureum, id est. 19
V. G. 1. 5. 9. & 4. si addantur, efficiunt 19. * 19
† Aureus versus.

Ad Regem.

In decimo nono Jubileo ætaris obivit,
Qui post diluvium vixit & ante, Noë,
Si mea vota valent, jubileos quod Noë vidit,
Secula tot vives; Tu * Noe noster eris,
* Rex ante & post unionem Britannix.

M.

53 In

130 LIBER PRIMUS.

53 In quendam parcum.

T E laudo laudatorem, non laudo datorem;
Scit laudare magis nemo, minusve dare.54 De Thoma Moro, Anglia olim Cancellario,
Ad Thomam Baronem de Ellesmer,
Anglia Cancellarium.INTEGRITAS morum Morum commendat, & atdo
Ingenii, & docto dulcis in ore decor.
Te quoque cor sapiens, gravitas, & gracia vultus
Eximit e populo, conspicuum facit:
Totius integritas vita fine labe peracte
Te Moro æqualem moribus esse probat.
Excipias Mori casus, & sieble fatum,
Et causam mortis; cætera Morus eris.

55 Natura brevium. Ad Lectorem.

COMMENDENT alii prolixa polysticha: cutrum
Distichon, ut munus, me brevitate juvat:
Omnibus in rebus, non solum epigrammata, Lector,
Quodcumq; est bellum, dulce, bonumve, breve est.56 Duces uxorem, & alias dormiet cum ea
Deut. e. 19.

IMPLETA in nostris hæc est scriptura diebus.

57 Britannicæ unionis patria.

AUTOREM Monadis rulit insula t Mona Britannæ.
Fortunata Monas filia, Mona parens.
* Auditorem Theodorum Henrici septimi avumu
t Anglicæ, Anglesey, Britanicæ Mon.

58 Ad Jacobum Regem doctissimum.

ESSE bonum res est, me judice, rara Poëtam:
Esse virum, res, me judice, rara, bonum:
Esse bonum, res judice me, rarissima, regem
Tu tamen es vates, vir quoque, Rexque Bonus.

59 In Cottam.

PRACTICUM obseruat Paulinum in conjugé Cotta,
Cotta habet uxorem sic quasi non habeat.60 Tam Marti, quam Mercurio.
NEPTUNUS Baccho, Marti jungatur Apollo,
Mitefecit studio Mars, ut Iacchus aqua.

61 Ad



L I B E R P R I M U S.

B E I

61 *Ad Ioannem Harington, Equitem, Ioannis
Harington, Baronis de Exton unigenitum.*

E xcenter se in te certamen honoris
Nobilitas, virtus, ingeniumque tuum.
Hæc trita cum specie, verear cui dicere *verum*?
Jane tibi juvenem vix alit Aula parem.

62 *Sorilegium. The Lotterye. Galli * la
Blanque appellant.*

* Omnis res denominanda est à majore parte.

H Uc quicunque venit, flet in Albo, ridet in Atre,
Lugenti portius convenit iste cōlor.
Candida cur damnum fert chartula, nigra lucellum;
An quia divitias Dis dat? At hic niger est.

63 *Ad Cælibem.*

E st bona res Uxor, melior Bona, at optima Nulla:
Contingat nobis Optima, Nulla tibi.

64 *In Cottam nugenem.*
S eria dum trācas obiter tu, feīo nugas;
Serio stultescis, Corra, obiterque lapis.

65 *In Petum.*
C rnua Pæte geris; fuerit quis, queritur, autor,
Ex dono autoris, scribito, quisquis erat,
Ex dono autorum; lunate inscribito fronti;
Autores semper res habet ita duos:

66 Δ E Λ T Ω T O N.

H umanae viræ scopulus aut omnia Dætas
Tres fuge: Divitias, Dæmona, Delicias.

67 *Furca, ad P. L.*
L atrorum finis funis, mors ultima merces;
Furca capit fures; hinc puta nomen haber.
At multi evafere; dabit Deus his quoque fungim;
Rarus funesto fur sine fune perit.

68 *D e ingenio muliebri, problema.*
C ur minor uxorum est, marium prudentia major?
Eva fuit costa filia, non capitis.

69 *Mineros Eva.*

O rta Jovis cerebro nulli Sapientia nupsit;
Nupsit at è costa conjugis orta sui.

M 3

70 47

832 LIBER PRIMUS.

70 In Heliūm.

JURISCONSULOS multos injuria dicat;
Heliūs immensas jure paravit opes.

71 Unionis Britannicæ Statut.

*Ad Regem.*INSULA Iana fuit sub Elisa principe , sub TE
Neta , sub Henrico denique pannus erit.

72 An Bacchus sit Deus.

*Ad Germanum.*NONNE vides , ut , cum vos dulcis inebriat humor,
Summa quatit capitum Bacchus & ima pedum?
Ex alto de pedes humiles , de sede superbum
Dejiciendo caput , se probat esse Deum.73 Ad Thomam Chalonerum equitem , H. Prius
cipi Camerarium.A Kribus à teneris imbure fideliter annis ,
Principis evexi quem , Chalonere , favor;
Te , (tu nam tenues non aspernaris amicos ,)
Non quia sis tuncus , sed quia talis , amo.74 Amo , vocis Fassive , Amer Aetru.
Quisquis amat , servit ; dominatur , quisquis amatur ;
Quisquis amat , patitur ; quisquis amatur , agit.75 In Julium pseudomachus.
JULIUS in mundo non est ; at in undus in illo est :76 Sacerdos & populus.
PRESBYTERI labiis orant , Laicique laborant.
Plebs , duis pro pupulo Presbyter orat , arat.77 In Julium 11.
ECCE duo gladii , Christo Petrus ensifer inquit :
Ecce duæ claves , ô Petre , Christus ait.
Deposuit Petrus gladium , clavesque recepit :
Deponis claves Tu , gladiumque rapis.78 Sims is similem.
FOEMINA quæque marem repetit , fodissimt quamvis ;
Sit quamvis nebulo Davus , habet Dominum.

79 Noſte

Nosce teipsum.

EThica jungatur Physicæ, te noscere si vis;
Hæc doce imperium corporis, illa animæ.

80 *Aequitas Mortis.*

Flumina fluminibus dilant. Sic nos quoq; nobis,
Dum sumus in vita nos, fluvialique via.
Ingressis pelagum sapor amniorum omnibus idem:
Mors omnes homines æquat, ut æquor aquas.

81 *Ad Thomam Button, 1612.*

APenitus tuto divisi orbe Britannis,
Misus ad occiduum, quod bene verat, iter,
Quærito & invenies gelagi mysteria magni,
Principis Henrici. Fata viam invenient.

82 *In Gelliam fucatam.*

Dissimilis picturæ tibi est tua, Gellia: constat
Pictura similem te ramen esse tuæ.

83 *Ceramina Magorum.*

PArmensis magico magus in certamine nuper
Ant, ivit cunctos, Dæmonis arte, magos.
Scottus enim paetum Parmensis Dæmonè fecit,
Cumque sciente magis, cumque potente magis,
Haud secus in magnis regum qui militat aulis,
Sub Domino servus mira potente potest:

84 *In Russum Hypocritam.*

DEvotos, inquit; facit ignorantia; primum
Inter devotos do tibi, Russe, locum.

85 *Ad Anglos problema.*

Gallo, Hispano, Italo parvi cur penditur uxor?
Genibus his Mulier nulla videretur * Homo.
* Homines, Femmes: Hombres, Mujeres:
Huomini, Donne.

86 *In Cinnam Medicum.*

TOllere scis morbos, at quomodo? tollis & ægros;
Quodque facis (Judas ut) cito Cinnæ facis.
Qui tuus est Pariens, o terque quartæque beatum!
Ægrotare illum non patiere diu.

87 *Habemus unum Advocatum in Cælis.*

CAufidicum in cælis unum (inquit Paulus habet
Præter eum num qui sunt ibi Causidici? (mus:
Mus)

134 LIBER PRIMUS.

88 *Ad aetate juvenem, moribus s' enem.*

Cur podagra insegitur juvenem te Martis alumnus.
Musarumq; senum quæ soler estie comes?
Error hic est morbi; morum gravitate senilem
Te simul ac vidit, credidit esse senem.

89 *Ira brevis furor.*

Sit brevis ira licet, non expedit esse furorem;
At quoniam furor est, expedit esse brevem.

90 *Ad Henricum * Goodyere, equum,*
Kal. Jan. 1610.

Quid tibi pro strena mittam Goodyere? precabo,
Ut possis nomen multiplicare tuum.

91 *Amor aetius & passivus, ad Pontiam.*

Scire cupis, quid amare ab amari distet? Amari
Pontia me tantum credo: at amare scio.

92 *Ad Principum.*

Mens mea nil praeter generosum soñnat aurum
Felix sum tota nocte, dieque miser.
Auxiliatricem Princeps mihi porridge dextram,
Sic ego non sola nocte, beatus ero.

93 *Divisio Arithmetica, ad I. S.*
mercatorum. 1607.

Divide nil: dum vivis, cgentes inter amicos,
Mortuus invenies in Quotientre nihil.

94 *Pediculus aulicus.*

Blandus adulator per totam curstat aulam.
Principis in primis nobiliumqne fores;
A pedibus sic nomen habens mala bestia totum
Intestat corpus, precipueque caput.

95 *Aesculapius trifrons.*

Intrantis Medici facies tres esti videatur
Agrotanti; Hominis. Demonis arque Dei.
Quam primum accessit medicus, dixitque salutem;
En Deus, aut Custos Angelus, ager sit.
Cum morbum medicina faugaverit, Ecce homo, clama
Cum poscit Medicus præmia; Vade Satan. (mat.

96 *In Galateam?*

Cervus, uti perhibent, mutat ramosa quotannis
Cornua: quotido vir, Galatea, tuus.

97 Agas

LIBER PRIMUS.

¶ 39

Aqua & Terra epithalamium.

- N**ULLA nisi in terris generatio sit vel in undis:
Unit ergo sagax haec elementa Deus.
Ut nihil humano generi generabile desit,
Terra superfusæ subjacet uxor aquæ.
Uxor Aquæ Tellus, Aqua Terraque fuit globus unus;
Res bene convenienti vocibus Humor, Humus.

98 *De ijsdem.*

- C**UR fluit ex terra, terram circumfluit Humor?
Ne quam terra scitum sentiat, unda famem.

99 *Mors in olla. Ad Criticos palatinos.*

- U**T verbum vetus inquit, in olla est mors; an in
* aula?
Nam Veteres; Plauto teste, loquuntur ita.
* Veteribus latinis, olla & aula idem sunt.

100 *De diluvio, duplex problema.*

- C**UR pisces assimilant sanum * proverbia? meritis
Gentibus, hæc tantum natio faiva natat.
Cætera submersit; cur pisibus unda pepercit?
Ne sobolem mater perderet ipsa suum.
* So found as a fish.

101 *Carbo ligneus.*

- N**ATUS in igne fui, pericarus in igne vici simus;
Sylvas absumi, dignus in igne mori.

102 *In Gelliam.*

- A**Teneris Papista fuiti Gellia: pejor
Papista nunc es, quomodo? Catholica es.

103 *In Aulum.*

- S**Eugravior lecto moribus te affixerit, Aule,
Sive cayus doleat dens, stupiduus caput.
O utinam in ecclis estem tibi dicere mos est:
Dicunt hæredes non minus, O utinam!

104 *Mulier quale animal.*

- S**ensu intacta caret virgo; dum nupta maritum
Sensit, habet senum, sed ratione caret.

105 *Ratio & Oratio.*

- R**hetorica est palmæ similis, Dialectica pugno;
Hæc pugnat, palnam sed tamquam illa retinet.

M 4

106 *Tesles*

136

L I B E R P R I M U S .

106

Testes.

AN quia testamur sexum , sic dicimur ? an quod
Nequitiae testes adsumus ambo tuꝝ ?

107

In obitum Henr. Cuf. 1600.

DOc̄tus eras Græce , felixque tibi fuit Alpha ?
At fuit infelix Omega , Cufa , tuum.

108

In Feſtum.

Uxorem jam Feste senex vis ducere? doctam
Angligena Lili confule Grammaticam :
Illic invenies indeclinabile Coru ;
Hunc scopulum pauci præteriere semes.

109

Thomas Morus.

Quid de se fieret , meditans in cracere Morus ,
Inspicer uriam : nil ibi triste videt.
Utinam Regis potius Iuſtrasset; in illa
Vidisset mortis turba signa fux.

110

In Corne ſium.

Cornutum , te Cornelii , feſis eſſe , taceſque :
Non Cornelius tu modo , fed Tacitus.

111

Triplex mendacium { *Diſtum.*
{ *Fictum.*
{ *Pictum.*

SCulptorum est mendacia fingere ; pingere , munus
Pictorum ; cuius dicere , Tulle ? tuum.

F I N I S L I B R I P R I M I .

E P L

EPIGRAMMATUM
JOANNIS AUDOENI
CAMBRO-BRITANNI,

Ad HENRICUM Principem,

L I B E R S E C U N D U S:

Ad Henr. Principem Wallie, Opt. Max.

OPrima det tibi velle Deus, verissima scire:
Hæc cuicunque dedit * maxima posse dabit.
* *Magnum esse bonum est; Doctum, melius; Bonum, optimum.*

Ad Jacobum Magnæ Britanniæ, Franciæ, Hiberniæ, &c. Regem Opt. Max.

OMnia formidant, formidanturque tyranni:
Semper habet conitum vis metuenda metum,
Cur metuas cauſe nihil est, Rex maxime regam,
Optime Rex, cauſe est, cur metuare, nihil.

Hysteron, Proteron.

HYsteron est Proteron præposta forma loquendi:
Exempli causa: Cant. Brigia Oxonium.

In decrepitum tertiae uxoris virum.

PRIMA tibi Clotho, Lachesis fuit altera-conjux:
Atropos est vita tercia nuptatux.

Amor.

LIbertas, carcer, pax, pugna, dolenda voluptas
Spes metuens, mel, tel, feria, ludus, Amor.

Minos.

QUi pro iustitia poscit sibi Munera Minos,
Est similis pisci, quando capit, capitur.

Dubitans.

SUspicor alterutrum, scio neutrum, utrumque paratus

Credere; Phœbus erit, qui mihi dicet, utrum.

8 Ad

138 LIBER SECUNDUS.

8 Ad Adam, Neuron, II. Principi à Secretis.

Mores mutat honos hominum plerumq; priores,
Moris id est; non est mos tamen ille tuus.
Mutatus non muraris; mirabile, tradunc
Se Fortuna alii, traditur illa tibi.

9 Ad Thom. Puckering, Equitem &
baronctum

Care, tuum, Thoma, si fas tam præfca refere,
Ingenium colui nobile primus ego.
Doctor ego, Pukringe, fui tuus, optime, primus?
Non sum quod fueram, sum tamen usque Tuus.

10 Tres haustus.

Præteritam primus, præsentem proximus haustus,
Venturam extinguit tertius iste fitim.

11 Enigma duplex.

Dic mihi quæ fuerit, matri quæ* filia nupsit?
Cujus crat† mater mascula. Nemo * pater?
* Eva † Adamus, * Deus.

12 De fide, Anagramma quintuplex.
RECTA Fides CERTA est, ARCE T
mala schismata, non est:
Sicut CERTA, fides fictilis: arte CARE T.

13 Ad Edoaurum Coke, equitem, jurisprudem
tissimum Judicem, &c.

Naturæ notum tibi jus, naturaque juris;
Lis, & uterque tuo pender ab ore cliens.
Descriptio repona Britannus Apollo dediti.
Clara magis, quam quæ Delphicus ore dedit.
Præsentes dirimis lites, tollisque futura
Jurgia, præsentes voce, iurua manu.

14 Instrumentum Mathematicum, vulgo dictum
A Jacobs Stasse. Ad Mathematicum.
J Acobi baculum tibi sumito; da mihi * scalam,
Monstrabit baculo plus mea scalæ tuo.
* Jacobi Scala. Gen. c. 28. v. 12.

15 Situs Terra.
Terra stat æternum, Salomonii credere si fas;
Si fas Nasoni credere, Terra fedet.
Fessa vacillaret tandem, si Terra federet;
Si staret, caderet; quid facit ergo? jacet.

16 Ad

LIBER SECUNDUS. 139

- 16 *Ad prudentem & fortē virum, Itene, Davers, Baronem de Damejay.*
- I**nte fortunam virtus, prudentia casum,
Servilem superat spes generosa metum.
Te sequitur Fortuna comes, prudentia ducit;
Nulla (nisi excipiām Numinis) arma times
Pergito tu, quocunque vocat Rex: Te duce viator
Miles erit; Dux te militē viator erit.
- 17 *Epir̄ hūm̄ mortis. Ad mortis mortem.*
- I**n cruce mors obiit: nunquam de morte resurget:
Mortis erat stimulus mors tua; crux, tumulus.
- 18 *De Papa & Lutherio.*
- P**apa pater multas indulgentissimus unus
Ex purgativo liberat igne animas.
Martinus Papis pater indulgentior unus
Omnibus est: omnes eximit inde Luther.
- 19 *De Deo & homine.*
- I**pse Deus verbum est; facit Deus omnia verbo:
Verba homines facimus, nos quoque verba sumus.
- 20 *Ad Georgium Carew, Equitem, prefatum curia pupillorum, 1612. Jun. 13.*
- D**um pupillorū commendat Rex tibi cutam,
Se meritū curam monstrat habere tui.
- 21 *De jejuniis.*
- P**apa suo cur tot jejunia servat in anno?
Ut successorem se proberet esse * Petri.
* Pilicotoris.
- 22 *Metamorphosis nova.*
- E**fficiunt hominem vir & uxor amabilis unum:
Sic homo fit quadrupes, qui fuit ante bipes.
- 23 *In non-nullam.*
- N**ervum inflammasisti Fabiano; jam Fabianus
Dicere jure posset; Uror amore tui.
- 24 *Aurum ex stercore.*
- C**onduktor foricarum ex stercore colligit aurum:
Et duo præterea, Rusticus & Medicus.
- 25 *Fronti nulla fides.*
- U**xoris crimen scriptum est in fronte mariti:
Vir tamen est calamus, tominus charta viri

26 A.D.

140 LIBER SECUNDUS

26 Ad Guili: Ravenscroft, J. C. calibem.

Cœlestem vita degens in cœlibe vitam.
Quod possunt pauci, tu potes esse tuus.
Cognati naturum instar tibi sint, & amici;
Dum tibi cognatus sim vel amicus ego.

27 Historia hujus temporis.

L Ex fuit historiæ vetus hæc, ne dicere falsum
Audeat; & verum dicere ne metuat.
Hæc est historia nova lex; ne dicere verum
Audeat; & falsum dicere ne metuat.

28 Dos formosæ.

FOrmosam nudam volo; nudam non volo formam;
Quæcumq[ue] forma quid volo? materiam.

29 Virgo Gallica.

G Allica virginitas parvarum est propria virtus:
Virginis hic titulum sola * Puſilla gerit.
* Fucelle Galli virginem vocant:

Virgo Anglica.

N E quid vicinis concesserit Anglia Gallis;
Anglica quæque fere virgo Platonis homo ek.

30 In Nobilam nqum.

M Ater erat netrix, pater in mare retia jecit:
Inde tuum decoar linea longa genus.

31 Enigma Penelopes ad procam.

E St* quiddam quod pene nefas mihi dicere versu,
Hoc tibi vis totum, Pontiliane, dari.
Syllaba prima meo debetur tota marito:
Sume tibi reliquas, non ero dura, duas.
* Oſculum.

32 Bias.

O Mnia qui dixit mea mecum porto, videtur
Uxorem sapiens non habuisse, Bias.

33 Chryſſi. Grætus, ob Henr. Savellio Equite,
de Elſi, correcſiſime editus Etione.
Ad Henr. Savellum.

V Itam in carne pius primam Chryſtomus egit;
Nunc vitam, exurus corpore, mentis agit.
Vivit & in ſcripſis Natura debita matri
Prima, ſecunda Deo, tertia vita tibi.

34 Philo

Philosophi uxor.

VULcani formosa Venus, Jovis inclita Juno
Uxor erat, nulli nupta Minerva viro.
Cur ita? Pallas enim cum sit Sapientia: nulli
Nubere vult homini: cur? quia nemo sapit.

34 * *Propria quarto modo.*

Mentitur quisquis Communem Thaida dixit;
Thaida semper habet solus & omnis homo.
* Omni homini, soli & semper.

35 *Stultorum par.*

Claudius est * mulo similis, Gorgonius † hinne:
Quod sic iners mati debet hic: ille patri.
* Ex equa & asina sit mulus, † ex equo & asina
hinnum. Var. de re Rust. l. 2.

36 *Ad Edoardum Sackville, ex Galliis reducem,*
Comitis Dorcestriae unicum fratrem.

Ingenium Natura domi tibi provida mater,
Consilium peregre resque locusque dedit.
Sirenum fugiens cantus & pocula Circos,
Unde redi senior, savior inde redi.

37 *De Caelotypia Arglico-Gallico-Italica.*

Cui Itali longe gravius quam Gallus & Anglus
Uxor lufus, oscula, furtu ferunt;
Bestia peior ave est, cui nups adultera conjux:
Italus est * quadrupes, Gallus & Anglus † aves.
Gallus & Anglus aves quadrupes est Italus: ergo
Ex tribus his solus cornua fert Italus.
* Becco cornuto, hircus. † Un Cocco. Gal.
Angl. A Cuckold. Cuculus.

38 *Sapientia Socratica.*

O Mnia, me, dum junior essem, scire putabam
Quo scio plus, hoc me nunc scio scire minus.

40 *Mensa rotunda Regis Arthuri.*

Inserbi septem Sapientum nomina jussit
In tereti sapiens Delphicus orbe Deus.
Sic Arthur sagax, eques unusquisque tuorum
In tereti mensa primus & iusmus erat.

41 *Subsidium.*

Regem anima & numinis Ecclesia, corpore vulgus
Nobilitas opibus corporibusque juva.

N

42. N.

42 *Nox Orbis.*

Nescio quot Cabalistarum schola mystica mundos
Afferit; innumeros esse Epicurus ait.
At bene si numeres, duo sunt: rerum ille verius,
Verborum, in quo nunc vivimus orbe novus.

43 *Janus bifrons.*

Ingenii virtus reminiscendi facultas,
Iste quod à tergo est, illa quod ante, videt.

44 *Corpus Terræ.*

TElluris lapides sunt ossa, metallaque nervi,
Pellis crux, pili gramina; sanguis aqua.

45 *Ad Pannicum de Mauro.*

Inter te dominique quam tua, Pannice, Maurus
Dividit; uxori res, tibi verba dedit.

46 *In Paulam Anglicam fucatissimam
femina.*

FUcata facie, fucos fallere verbis
Mos tuus, in fuso fanda nefanda facis.
Ignavum fucus pecus à præsepiis arcet,
Paula, tamen tuus eft quid, nisi fucus, amor?

47 *Medicus & J. C.*

DAt Galenus opes, dat Justinianus honores,
Dum ne sit Patiens iste, nec ille Cliens.

48 *Ad Edwardum Wotton, Baronem, Regi
a Confiliis, &c.*

Mortuus est, celsitque loco cultissimus Heros,
Qui fuit arbitrio Palladis, ante tuus.
Non erit hoc, Edoarde, logo te dignior alter;
Te, Wottone, locus dignior alter erit.

49 *Anagramma: Galenus, Angelus.*

Angelus es: bonus anne malus, Galene? salutis
Humane custos? Angelus ergo bonus.

50 *Amor cæcus male audit.*

Non viderat uxoris delicta maritus amator:
Nullus amat vere vir, nisi cæcus amat.
Nil oculo contra dominam, nil creditur auri;
Est igitur surdus, non modo cæcus, Amor.

51 *In Dindymum mercatorem.*

Artis Arithmeticæ didicisti, Dindyme, partes
Tres primas: quartum disce, beatus erit.

52 *ABR.*

52 Anagramma uxorio.

Infaturabile per sunt* orcus & uxori: ait Rex,
Unius experiens , alteriusque sciens.

* Prov. c. 30. v. 15.

Quisquis in uxorem cecidit , descendit in orcum :
Rite inversa sonant Uxor & Orcus idem.

53 Responso.

Nuncupor uxor ego, non sim quasi conjugis oreas ?
Sed quia per totam sedula curso domum :
In Muliere vir est , ut in orco Belzebub : ergo
Infernus si sit formina , vir Satan est.

54 Religiosus.

Quod bene sit , male sit , nimium si sit aperte ;
Politius.
Occulte dum sit , quod male sit , bene sit.

55 Tres Dives.

Juno casta , Venus meretrix ; virgo optima Pallas.
Est inter Divas rara Minerva duas.

56 Proteus Anglicus.

Utilia haec etas in amictu & honesta reliquit.
Nos jucunda juventu sola ; diuque nihil.

57 Duo protegit unus , dicitum II. I V.
Regis Francorum.

Gallorum Rex regna , inquis duo protegit unus ;
Protexere tuum nec duo regna caput.

58 Ortu & situs Solis.

Sol inter septem quartus mediusque Planetas :
In quarto & medio Sol situs ut * fatus est.
* Quarto die creatus Sol.

59 Cæsaris , Pompeji & Cæsari
sepulcræ.

Africa Pompeji tellus , Asiatica Cæsari,
Tertiæ pars mundi Cæsaris una fuit.

60 Aedes urbane Urbanissimæ , Henr.
Comitis Northamptonie.

Arguit aſſectus domitos , mentemque polite
Compositam domini , compositura domus :

N 2

Inſanas

544 LIBER SECUNDUS.

In sanas quicunque struunt ex tempore moles,
Exemplo discant edificare tuo.

61 *Ad Oranum.*

Connubio jungam stabili propriamque dicabo,
Sæpe tibi dives dixit, Orane, ficer:
Connubio nimium stabili tibi jungitur uxor,
Instabilis cum sit, quem profitetur, amor.

62 *In Felicem.*

PEr totam Felix holosericus ambulat urbem,
Qui vix toro urbes vedit in orbe duas.
Qui mores hominum multorum vedit & urbes,
Mendicat panem pauper, in urbe sua.

63 *Fr. Drake.*

Ambitio Draki nullo retinebitur ævo:
Ambivit Terras, per mare, Drakus Anas.

64 *Homo.*

NIl fueras, sed nec potes hoc meminisse, prius.
Natus eras; aliquid cum morieris, eris.

65 *De Phabo & Neptune.*

SOl celer est, at Sole ramen velocius æquor:
Itque reditque die Sol femei: at mare his.

66 *Uxor vi(n) ēta.*

VIncitur nisi lingua prius, non vincitur uxor:
Uxorem solus qui super-it, superat.

67 *Nuda veritas. In Alethum.*

Si pesset Virtus (inquit Plato) nuda videri;
Mirus in hanc hominum conciperetur amor.
Vidit apud Venetos (si credere fas sit) Alethus.
* Virtutes nudas, & virtiavit eas
* Quatuor meretriculas, virtutum nominibus insignitas.

68 *De Basebo & Byrrhis.*

LAudatur vinum simplex, cerevisia duplex.
Est bona duplicitas: optima amplectitas.

69 *In*

In Gelliam.

GEllia Materix res una simillima primæ :
Hæc omnes formas apperit , illa mares.

70 *In Papilum canos evellementem.*
NIl opus est capiti canos eveltere crines,
Papile : Græcari pergit ; sponte fluunt.

71 *Nefitis multi magistri.*
Discipulus dum vult nemo , quisque esse Magister ?
Omnes discipuli , nemo magister erit.

72 *Ad Henr. VIII. Fidei Defensorum.*
HUnc titulum Regi Florum Regique Leonum
Florentinus homo dat tibi Papa * Leo.
* Leo X. natione Florentinus , anno 1521.

73 *Ad L. P.*
Cum titulo gladium Regi Leo Papa , dediti :
Te negar hoc titulo Rex , gladioque necat.

74 *Superbia vice.*
Ex humili licet ortus homo tellure , tumescit :
Sit licet ex nihilo nata , tumescit humus :
Sic homo , sicut humus , supra se tollitur ipsum :
Monte superbit humus : mente superbit homo.

75 *Ad Gaurenium Taunfend. J. C.*
Non tua se ad scenam componit lingua forensem ,
Non tua vox queritur prostat avara reo .
Naturæ contemplaris mysteria matris :
Scripturam , leges , historiamque legis .
Tres Charites , septemque arcæ , ter trelque forores
Te prohibent causas dicere : nosse docent.

76 *Genesis & Euangelium S. Matthæi.*
Explícatur hic Christi Genesin liber , alter Adamis :
Incipit à Genesi Lex & Euangelium.

77 *Quidam nemo.*
In sacris homines Animas Ebræa vetustas
Appellar : tanquam nil nisi mens sit homo .
Nemo Anglis Nobody est , & Quidam Somebody , tanquam
Anglicus ex solo corpore confiter homo .

78 Amatorium.

Si tu Zodiacus fieri, mea Lesbia, velles,
Hac ego Sol fieri conditione velim.
Zodiacum in toto percurrit Sol semel anno;
Ait ego te quavis, Lesbia, nocte semel.

79 Ad librorum Castratores.

Qui sapitis, nolite meum castrare libellum,
Gighat adhuc alios ut liber iste libros.

80 In Gelliam Aulicam.

Gella dic fodes, multis cur proda praestas
Uni promissam remque fidemque viro?
Mos vetus est, & adhuc nostra servatur in aula,
Pluribus ut pateat clavibus una sera.

81 Eve & serpentis Conciliabulum.

Pecatum peperit sermo serpentis & Eve,
Ille utinam mutus, furda vel ista foret.

82 Ad Robertum Jonstonum Scoto-Britannum.

In genii Jonstoni cui sum factus amator,
Historiae legerem dum monumenta tux.
Nil magis ingenuum, nihil ingeniosius exstat
Tergenitrix Britonum gentis in historia.
Excipias unum Morum de Rege Ricardo;
Nemo Britannorum dignior invidia.
* Non dum in vulgo edita de rebus Britannicis &
Hibernis sui temporis.

83 De se ipso.

Sum fateor, doleoque minorum ex ordine fratrum,
Frater, opes patrias & bona, major habet.
84 Vende omnia que habes; & da pauperibus.

In Patrum.

Consili partem servasti, Pate, priorem,
At pars neglecta est postera tota tibi.
Nam venum bona cuncta dediti: eademque dedisti
Aut Veneti aut ventri; pauperibusque nihil.

85 Nec } ex malis minimum,
} ex bonis maximum.

Quotima sit quamvis, exorem nolo gigantem:
Uxorem nanam nolo, licet mala sit.

86 Sire.

86 *Sirenum cantus.*

Sirenum cupis incolumem servare salutem,
Sirenum cantus esfuge i fanus eris.

87 *Epistola amatoria.*

NUllus amor sine spe , dubius qua vivit amator;
Nulla placet sine re spes mihi ; res sine te.

88 *Amor cactus.*

EBrietas & amor similes ; extinguuit uerque :
Corporis , ebrietas lumina , mensis , Amor.

89 *s. T. Divitis Testamentum.*

QMnia das, quia nil potes hinc auferre ; dedisses,
Si recum posses omnia ferre , nihil.

90 *Aer, Aqua, Terra, Infernus.*

Terra supernorum fordes immunda receptat ;
Terra immundities Orc us in ima trahit.

Quicquid in orbe mali est , aliquando fretur in or-
cum.

Fertur ut in centrum quicquid in orbe grave est.

91 *Zodiacus Christianus.*

COEtus Apostolicus, coelestia sidera bis sex ;
Zodiacusque Fides ; Sol mihi Christus erit.

92 *Erasmi encomium Mariae.*

STultitiam non ut laudasti solus Erasme ;
Te laudant mutti ; stultitiamque tuam.

93 *In Gymnicum pañorem.*

PAfcis oves verbis , te , Gymnicē , grex alit herbis,
Scis decimare agrum , non medicare gregem.

94 *In Dardanum.*

PAllor in ore solet , macies in corpore toro,
Dardane : nil in te est pingue , nisi ingenium.

95 *Placitum anno 1609. inter Rob. Calvin.*

Actorem, & Joannem Bingley, &

Ricardam Griffin Reos.

CUm post-natorum lis est agitata , Robertus

Jacobi vicit filius , om̄en haberet.

Quod fuit reus Anglicus alter , Wallicus alter,

Scotus utrumque actor vicerit , om̄en haberet.

Omen amo ; Britones jungent jam pectora palmis,
Non erit in partes insula sed & duas.
Post-nati natorum & qui nascentur ab illis,
Grex pastoris erunt unius unus , Amen.

96 *In discordias nostri temporis.*

DEsidit Logicus res , non modo dividit ; At nos
Nil definitus, Omnia , dividimus.

97 *Ex malis moribus bona leges.*

Conditor infanti legem prescriptis Adamo,
Moribus ergo malis lex fuit una prior.

98 *4 Articuli Fidei. 1, 2, 3, 4.*

UNum crede Deum, duo Biblia , symbola terna;
Quartam Concilii quatuor adde fidem.

99 *Ad II. Principem.*

UT visum fugit ursa leonem magna minorem ,
Maxima spes minima re veniente fugit :
Spes mea Te spectat , fortunatissime Princeps :
Tu mihi ipsum misero colle , beatus ero.

100 *Ad Leborem.*

Ex quo Narcissum, quoties Epigrammata scribo ,
Exuat hunc , quisquis carmina nostra legit.

FINIS SEGUNDI LIBRI.

EPI.

jam pedem pina
cta dous.
entur obili,
us, Amet.

poris.
do dividit; deu
ividimus.
legu.
script Adam,
ita una piet.
3,4.
ia, symbolum
or sude fidem.

agnis minores.
niente fagi:
tine princi
atus ero.
nnata scribi
na nostra legi

EPIGRAMMATICUM

JOANNIS AUDOENI

CAMBRO-BRITANNI,

*Ad CAROLUM EBORACENSEM,**fratrem Principis, filium Regis.*

LIBER TERTIUS.

1 *Ad Jove principium.***P**rincipium Deus ipsum : In principio Deus ipse,

Et post principium, principioque prius:

Principium sine principio est : A principio isto

Principia capiunt omnia principia.

2 *Ad Lectorem.***C**Armine vestitos præmisimus ante libellos :

Qui sequitur : nudus non venit , ecce, liber.

Siqua manent , meliora puras : Tu candide Lecto,

Quod spes , Autor quod vereatur , habet.

3 *Ad Carolum, Ducem Eboraci.***A**ltera spes regis , regni spes altera , solo

Principe Cambrorum , Carole Magne , minox ,

Consiliis Fullertoni doctique Moravi

Utere : consilio Dux duce semper eger.

Esto quod es , patri similis , fratrique secundus ;

Nemo tibi similis , nemo secundus erit.

4 *Ars memoriae.***S**Inonides olim memorandi repperit artem ;

Nullus adhuc artem repperit ingenii.

5 *Res, nomen, & verbum.***Q**Minipotens omnes res condidit ; indidit illis

Nomina vir ; mulier denique verba dabit.

6 *Res.*

150 LIBER TERTIUS.

6 Redemptio, & Regeneratio.

Nōs Satan à muliere emit, Christusque redemis;
Christus nos lavit, quos maculavit Adam.

7 Liberalitatis laus.

Q Uod datur, æternum durat, sequiturque datorem:
Dantem & captantem, munus utrumque juvat.

8 Bibliotheca nova Oxoniensis.

Ad Lectores.

Q Uæritis Aurores? coram quem quæritis ad sum,
Quisque in classè sua classicus autor ait:
Tanti operis, quantum reliquo vix extat in orbe,
Quæritis Autorem? Bodleus autor erat.

9 Ad Academiam Oxoniensem.

N Ulla tuæ par Bibliotheca est altera: nulla
Ingenio par est Bibliotheca tuo.

10 Ad Annam Reginam.

E St foror, & conjux, genitrix, & filia Regis:
Addere quid titulis possumus, Anna, tuis?
Quatuor his titulis virtutes quatuor addis:
Addere virtuti nil potes, Anna, tuæ.

11 Ad Elizabetham, Regis filiam, &c.

M Ultorum, longa serie, de sanguine regum,
Regis digna toro, Cæsare digna viro;
Si, Te dum dignus ducat vir, virgo manebis,
Fas tibi, perpetua virginitate frui.

12 Sermo & Scriptura.

I nterpres lingua manus est, at muta loquentis:
Pectoris ut muti nuncia lingua loquens.

13 Novus Homo.

Q Uod superest, de pelle tua depelle vetustum,
De cure peccati decute triste jugum.

14 Anagramma salutare.

O Pro tibi multam, nullam tibi Poto salutem;
Est potior poto sicca salute salus.

15 Fry.

Fructus veritur.

Nudus Adam verita quod vulfit ab arbore , malum
Haud fuit, at malo pejus? Origo mali.

26 *Kal. Januarii.*

Tros inquit ; timeo Danaos & dona ferentes.
Quis Danaus? pauper, Tros quis? avarus homo.

17 *In Alconem,*

Non habet Alco fidem ; nummum vult credere
nulli.

At credunt omnes illi , habet Alco fidem.

18 *Ad Robertum Gare , Equitem , Rectorem
juventutis Caroli Eboracenfis.*

Elisabeth Regina tuo sobrina parenti.

Nominis & generis gloria quanta tui?

Creditus est Britonum Regis tibi filius : illa
Gentis , at hæc major gloria mentis erit.

Exemplar.

Exemplo virtus bene discitur atque docetur;
Qui dare mi suadet pauperibus , sua det.

20 *Medium duplex.*

In medio constat Tellus , tamen infima res est;
In medio virtus , res ea summa tamen.

21 *N.O.*

NPræter , O se quitur ; Nihil est antiquius Omnis:
Scilicet , ex Nihilo condidit Omne Deus.

22 *Ad Jacobum Fullerton , Equitem , Rectorem
juventutis Caroli Eboracenfis.*

Fullertone tua decus ò doctissime gentis,
Est in turcæ Regis imago tua;
Quæ sibi dissimilem ne sumat imago figurans,
Fullertone tuum est hoc onus , hic honor est.

23 *Sanctitas , Sanitas.*

NEmo diu , bene quisque potest , at vult bene nemus
Vivere ; viue diu vivere ? vive bene.

Oves & Caprae.

Adescendunt rupes & promontoria capræ;
Gramiae colline dum saturantur oves.

Sic

152 LIBER TERTIUS.

Sic nunc est : olim non sic erit , ad loca quando
Summa ferentur oves , inferiora caprae.

25 Navis.

Puppis cauda , carinaque venter , proraque rostrum :
Velaque sunt alia ; totaque navis avis.

26 Ad Thom. Moravium , Caroli Ducis ,
Institutorem.

SI Jacobinum fas dicere Regis amicum ,
In Jacobinis me prosthebor ego .
Si Scoto quicunque faver Scorifta vocetur ,
Sum Scotifica , nec hoc inficiabor , ego .
Tu me Thomistam totum , doctissime Thoma ,
Tu me Scotistam , Scoto-Britanica , facis .

27 Sanguine , non virtute .

Antiquum est , virtute decet , non sanguine nisi :
Non meritis tamen , at sanguine nitar ego .
Non , inquam , virtute decet sed sanguine nisi :
Non virtute mea : sanguine , Christe , tuo .

28 Sol & Tempus.

Sol celer est , at Sole tamen velocior hora :
Hora stetit nunquam , Sol aliquando * stetit .
* Josu. c. 10. v. 12.

29 Sanguis.

Sum crudus , vocor inde crux : per corpora curro ,
Volvor , & in venis sanguis ut anguis eo .

30 In Paucum divitem inerem .

Quod fortuna favet fatuis , mihi credere non vis :
Si mihi non credis , Punice , crede tibi .

31 Brevitas . Anagramma triplex .

Perspicue brevitatem nihil magis afficit aures ,
In verbis , ubi res postulat , esto brevis .

32 Tumulus i. Puckering , custodis
magni sigilli .

Cernis in hoc tumulo tres fratres : quinque sorores .

E quibus una deest ; unus adhuc supereft .

33 Hes.

Homerus.

Mentiri cæcum cum nemo miretur Homerum :
Auritus testis, non oculatus erat.

Erasmus.

Quartitur, unde tibi sit nomen Erasmus ? Erasmus.

Re/p.

Si sum Mus ego , te judice, Summus ero.

Parum, Nihil : nimis , satis.

Auper in orbe parum, mendicus nil habet usquam;
Dives habet nimium ; quis, nisi nemo , satis ?

Ad Henr. Wotton, Equitem ,
Regis Legatum, &c.

In dubiis , Wottone, mei non immemor olim,
Serio , sero licet , sum memor, ecce, tui.
Nuper apud Venetos legatum , jamque Sabaudos.
Fallor? an in patriam prospera velâ vehunt?
Regis opus , pensare tuos Henrice, labores ;
Nescio (Secretum est) quando , aliquando , scio.

Respicere finem.

Omnia distinguit misero non Alpha beatum:
Ante obitum felix nemo ; nec ante miser.

Sabbatum polare. *Ad polares.*

Una dies vestrum nos unaque terminat annum
Septimus est annus septima ve?ra dies.

Ad desiderantes legem Saliam.

Francorum laudat legem nova secta virilem,
Ne regat imbellis Martia regna colus,
Lege regi regnum Salica vultusne Britanni ?
Este viri fortis , incipitote domi.

Ad G. Gwin.

In laudem, Gwaltere, tuam gratantia quare
Disticha non facio? Tu meliora facis.

Iri & Croci Epicaphium.

Divitis exiguum est Croci discrimen , & Iri
Taupetis; hic tumulum non habet, alter habet.

O**42 Men.**

654 LIBER TERTIUS.

42 *Mensis intercalaris, 1612.***C**ur quarto solus crescit Februarius anno?
Hic minimus Lunæ mensis ab orbe fluit.43 *In Felicem.***D**ives eras dum vivus eras , pauperimè Felix,
In Lazari malles mortuus esse loco.)44 *Decem Principia.***U**na Categoricalis in se Substantia res tres
Continet , ut Musas unus Apollo novem.45 *Logica.***N**ascitur in tenebris animal, puer, infans, infans ;
Conferat Oxonium se ; cito fiet homo.46 *Ad Sam. Daniel.***C**ur calamus tractas dextra, gladiumque sinistra?
Est tibi Mars lœvus , dexter Apollo tuus.47 *Novitas.***D**isplicet insipiens novitas , delira vetustas
Non placet : est vero nil mihi , Paule, prius:
Non ego sum veterum , non aescela, Paule, novorum
Seu verus est , verum diligo , sive novum.48 *Humilitas.***U**Beriora ferunt vales , breviaque montes
Gramina : multum humilis mens sapit , alta pa-
rum.Mens mons est, montisque cacumen mentis acumen
Onine cacumen inops est , & acumen iners;49 *Tres Philanti.***P**roximus ipse Egomet mihi sum : tibi proximus
es Tu ;

Quid prohibet quin sit proximus ille sibi?

50 *Dies S. Marci. Ad Marianum,*
*Patrem.***C**ur ovibus , non signa capris imponimus ? oim
Scravabuntur oves ; non , Mariane, capre.

51 ad

LIBER TERTIUS.

155

Ad Dindymum.

TEmpe tempus edax edit omnia Dindyme : sed
Dum nugando teris tempora, tempus edis.(tu,

52 Terra Anagrammata duo : de Cælo &
Terra paradoxon duplex.

Mobile non errat Cælum, stat Terra, sed errat
Funditus in varias undique secta vias.
Errantem pedibus calcabor, humillima Tellus,
Vomere proscindar, dumque ero Terra, terar.

Annus.

Ver, Estas, Autumnus, Hyems sunt integer annus,
Estas Autumno, Vere levatur Hyems.

Cliens.

PHarmacæ si causæ vis applicet apta patronus,
Causidico clines callide crura Cliens.

In Avarum.

NOn vis ut modico major pede calceus exsistet :
Cur tibi queris opum plus, tibi quare sit opus.

56 Patiens inversus, & Patientia
divisa.

Esse volo Patiens, si nolo, cogor; At in sp.
Hac ego sio potens entia cuncta pati.

Serpens, Eva, Adam.

In cautam serpens fallit, non fallitur, Evas :
Fallitur, haud fallit, conjugæ captus Adam.
Atritus muliebris erat passivus & error :
Fallitur & fallit feminæ ; capta capit.

Cygnus.

Cum me fata vocant, ad amoeni fluminis oram
Me moriens morto carmine dolor olor.

Ad Polydorum.

Est Ablativus melior, Polydore, Dativus
Dives ? & accipiens munera dante in inor.
Neu nimium crebro nunc Ablativus in usu est ?
In pretio rufum quando Dativus erit ?

Q 2

60 Ad

156 LIBER TERTIUS.

60 *Ad Aldimon.*

Servus es infelix dominorum , Aldine , duorum :
Alter enim tibi nil dat ; nihil alter habet,

61 *Continentia triplex .*

Quicquid turpe vides aut audis ; clade fenestras ;
Ne temere effundas frivola ; clade fores .

62 *Saturni tres filii .*

Nummi potens unus fratum , qui præsider Octo ;
Annipotens alter ; Tertius Quidipotens ,

63 *Teres juvenem allognatur .*

Est mea vita brevis , nec tempore magna futura est ,
Est tua longa ; brevi fieri illa brevis .

64 *De libro .*

Oxoniæ falsus , (juvenis tum) more verusto :
Wintoniæque (puerum) piperatus eram .
Si quid inest nostro piperitive sali sive libello .

Oxoniense sal est , Wintoniensis piper .65 *Ad Thes-dorum , Deo datum ,**Medicum .*

Nomine Tu Grajo Theodorus es atque Latino ;
Artepotens * Phœbi , ter Theodorus etis .

* Medicum creavit altissimus . Altissimum creavit
de terra medicinam . Eccl . cap . 38 . 14 .

66 *In Quintum .*

Jurandi didicisti Adverbia quatuor olim :
Tum puer : nunc vir millia . Quinte , quater .

67 *Ad iracundum .*

Ira cadar cum Sole , at non cum Sole resurgat ;
Semper cum Phœbo currat ad Antipodas .

68 *De Pallio & Tunica .*

Cæruleas olim tunicas manicasque gerebant
Anglorum Davi , desidiosa cohors .

Pallia nunc gestant : cur pallia ? veste sub ista

Hic cyathum pulchre palliat , ille capum .

69 *Mors .*

Mors.

Humanum in terris nihil est quod non sit humanum:
Avolat hinc animus; cætera sorbet humus.

In Ponticorum Poëtam.

Claudicat & temper titubat pede Pontius uno;
Hexametrum ingressu Pentametrumque refert.

In Fabianum.

TU vel quod dicas facito, vel dicito saltem
Quod facis; At neutrum tu Fabiane facis.

Edere libros.

Accidit hoc mihi se per violenti scribere versus,
Ut libros edam plenus, inanis edam.

Hilarum Datorum D. D.

MUnera ne numera, miseris quæcumque dedisti;
In cœlis numerat, munerat illa Deus.

y4 *In Quintum Ramiflam, tertium
patris filium.*

UNa duos tantum ramos quasi germinat arbor,
Dividis in partes omnia tota duas.

Si terum fieret divisio quæque bimembris,
Est tua de patrili pars quota, Quinte, bonis?

Arma Cupidinis, arcus & calami.

NUdus Amor cur offensivis utitur armis,
Non defensivis? Omnia vincit Amor.

76 *De pr(o)sa & adiunctis oratione
problema.*

CUr vincitus velocior est quam sermo solutus;
Iste pedes sermo non habet; alter habet.

Cælum.

NUminis immensi sedes amplissima, cælum:
Omni-potens Dominus, Omni-patensque domus.

Aegistu pèr ùðap.

78 *Unde renascuntur mortales, unda vocatur,*
Aqua nascuntur cuncta, vocatur aqua.

158 LIBER TERTIUS.

A Chest of Sufcipio.
- Scipio.
---- Pio. Boxes. Pyxidum Trias.

Pro patria patribusque mori , populoque Latinae,
Corde animoque pio Scipio iufcipio.

80 In Pontili anum.

B Landus hero cauda canis irrequietus adulat :
Linguam pro cauda Pentilianus habet.

81 Pulvis & umbra sumus.
Horatius.

D Esperet cœlum natus de pulvere nemo.
Desperet cœlum nemo quod umbra sumus,
Nostra caro est pulvis, sed eodem ex pulvere corpora.
Fit Domini; Mens est umbra, sed umbra Dei.

82 *Anigma.*
Dic mihi , quæ in cœlis existat vox * integra, cujus
Interiris tantum syllaba prima patet &
*, Felicitas.

83 Dives.

D Eterior si fieri dum dittior opto :
Major me fieri molior, haud melior.

84 Conversio Pauli.

Q UI modo Saulus eras, inverso nomine, Salvus.
Factus es: & Παῦλος, qui modo Φαῦλος eras,

85 Reclaratio.

T Empore quod nostro ratio sit recta, dolendum est,
Eset gaudendum, si foret illa regens.

86 Ad Caroli Ducis Doctorem,
Thomam Moravium.

T E novi, geniumque tuum, moresque, Moravi:
Scriptaque lecta mihi sunt rna: digna legi.
Non Doctor doctore Duci fuit aptior alter :
Dogmata dum sequitur Dux tua, doctus erit.
Non trahere invitatu , sed in optima sponte sequen-
tem.

Quanta tua est virtus ducere posse Ducem ?

87 Ad

Ad Ebraos.

- 87 *Elligio Lex vestra; Fides ac nostra vocatur:*
R Vos bene non vultis credere; nos, facere.
 xi. populoquelam
cipro fasciatio.
am.
inequicetus alii
nullius habet.
ra sumus,
n.
pulvere nemo,
quod umbra sumo,
dein ex pulvere un
ra, sed umora Dei
a vox * inceps, quid
prima pacet
eo;
mellor.
li.
nomine, Salvi.
modo qd^m Men
it recta, dolentibus
illa regens.
aliorum,
cum.
notreisque, Morvi
ut tua: digna legi
e apior alter:
tua, docus erit.
optima speme festi
pote Duxem?
by A.
- 88 *Qui mensa excipitur, quique excipit, hospes uter-*
Q que est;
 Sum multorum hospes, nullius hospes ego.
 89 *Deus.*
D Ispersus toto licet insi nitus in orbe
 Sit Deus: in toto quæritur orbe Deus.
 90 *Aquila.*
I N sacram aquilæ portant mysteria templis:
 Nunc est Jehovæ, que Jovis ales erat.
 91 *Tobias Matthæus.*
E X verei primum sortire, novoque secundum una
 Ex Testamento nomen utroque trahis.
 Hoc mirum est: nomen Gentile Canonicon esse,
 Hoc in fonte Fides quod dedit. Apocryphum.
 92 *In Paraphrasin.*
I Sta paraphrasis est quasi circulus actus in orbem:
 A centro ad circum lineæ textus hic est.
 Tangit enim extremas diametri circulus oras,
 At centrum nulla tangere parte potest.
 93 *In Corbulonem.*
D Iruit, ædificas; quid Corbulo? diruis omnes
 Divitias & opes, ædificasque nihil.
 94 *In Gelliam Grammaticasram.*
G Rammaticam veteres artem dixere loquendi:
 Gellia; Grammatica nil opus arte tibi.
 95 *In quendam Grammaticasram.*
M E flocci facis atque pilii, nauci, atque terunci;
 Quanti te faciem scire cupis? nihil.
 96 *Bellum.*
S Solis militibus bellum res bella videtur;
 Militibus solis omnia bella bona.

97 *Divitiae.*

Solus Dis deus est; Dires dii; Numina nummi;
Cum plausu loquitur Pluto, tacetque Plato.

98 *Tria genera.*

Es dubii generis, castissima sit licet, uxor;
Communis, meretrix, Fornicata, mulier.

99 *ST. ST. Silenii nota.*

Quid sibi Romanum vult ST? Silero, Tacero:
Smoner ut fileas, T jubar ut raceas.

100 *Patria est, ubiqueunque est bene.*

Where I do well.

There I dwell.

Illa mihi Patria est, ubi pascor, non ubi nascor:

Illa ubi sum notus, non uti natus eram.

Illa mihi Patria est, mihi quæ patrimonia præbet;

Hic, ubicumque habeo quod sati est, habito.

101

Conjux.

Apta Duci non est uxor, non aptaque Regi,
Quæ duci non est apta, nec apta regi.

102

Rhetorica & Dialetica.

RHETORICE dicendi ars est, LOGIQUE docendi;

Illa sophistarum robur, at ista sophon:

Illa magis condita, recondita sed magis hæc est:

Illa falax magis & falsa: sed ita falsa est.

Rhetorice verum velat; Logique revelat;

Hæc monet, illa movet: hæc docet, illa nocet.

103

Aetæon.

CARNEM edere canes Aetæonis, ossa, cutemque;

Cornua Londini conspicienda manent.

104

*Multiplicatio & Divisio
Arithmetica.*

CUR dextram DIVISIO Multiplicatio lævam

Respicit: est virtus illa, sed hæc virtus:

CUR sursum DIVISIO, Multiplicatio deorsum

Adspicit: hæc homini convenit, illa Deo.

105 *Ar.*

Arbor.

Ver viridem, flavamque etas me fervida, canam
Autumnus, calvam frigida fecit hyems.

106 Ad Theodorum Prise, Oxon.
Theologum.

Uno non possum, quantum te diligo, versu
Dicere; si satis est distichon, ecce duos.

Unus Deus.

Coelum Heterocliton est, ut noster Lilius inquit:
Plurali numero nam caret ipse Deus.
O quanta est veterum blasphemia Grammaticorum;
Qui declinandum nos docuere Deum.

Dei genus.

Neutrius generis Deus est; nec femina, nec mas;
Hoc igitur Numen nec Dea, nec Deus est.

Gubernaculum corporis.

Inspiens linguam laxat, sapiensque refrenat;
Quis minor aut major, quam tacuisse, labor?

110 Ex malis minimum & maximum.
Ad Maximum.

In mensa semper minimum tibi fume malorum
Maxime; malorum maxima, si bona sunt.

Unda.

Littera demta Undas undas facit, addita mundas;
Littera transposita est, undaque nuda manet.

De somnis, paradoxo.

Quez mala sunt, bona sunt; mala, quae bona so-
nnia; quare?
* Gaudeo, si mala sunt; si bona sunt, doleo.
* Experrectus.

Origo aquæ.

Unda unda; undarum tibi declinatio constat,
Derivatio non; unda sit unde rogas?
Annus ut, in se se sine revolvitur annis?
Ad punctum redeunt annis & annus idem.

114 A. v. a.

114 Avaritia.

Undique fluminibus currentibus in mare magnum.
Non sit, Unde venis? æquor, at? Unda veni,

115 Adamas.

Mitcendi fidos Adamantes sunt ad amantes,
Solo adamante polit durum adamante faber,

116 Canis & Lepus.

Sir quanquam levipes lepus & velocior hoste,
Hic sequitur magna spe, fugit ille levi.

117 Vox & Scriptura.

Lingua sagax aperit clausi mysteria cordis:
Scripturæ didicit vox sine voce loqui.

118 Laurus.

Arbor ego Phœbi viridis frondosaque semper,
Nescio calvitudinem canitiemve pati.

119 Dicaritas & prudens.

Pingeniosus at imprudens, est absque cibo sat;
Doctus inurbanus quid? cibus absque sale.

120 Aliiquid ex nihilo.

Enigma Arith.

Addideris* unum nihilo, nihil inde creature;
Addes* uni nihilum, nascitur inde Decas.

* 91, * 10.

121 Ad Guil. Sutton. Oxoniensem
Theologum.

Debo plura tibi, quam versu dicere fas es:
Debitor aeternum, si mihi credis, ero.

122 Saturni & Opes filii tres,
cohæderer.

Dite tres fratres: Neptunus, Juppiter, ac Dis,
Quid mirum? tibis his Ops bona mater erat.
Etsim Neptuno, Jove, Diteque dixit ipse,
Fors mihi si matrem fausta dedisse Opem.

123 Ia

123 *In quendam oratoreu infinitum.*

OMnia cum dixti , supereft tibi dicere , Dixi :
Hæc mihi sermonis vox placeat una tui .

124 *Ad Lectores.*

NON cuivis Lectori , auditorive placebo :
Lector & auditor nec mihi quisque placet .

LIBRI TERTII FINIS.



EPL

EPIGRAMMATUM
JOANNIS OWEN

Oxonensis Cambro-Britanni,

Ad Tres Macenates,

L I B R I T R E S.

Ad EDOARDUM NOEL, Equitem & Baronetum, unus.

Ad GULIELMUM SIDLEY, E-
quitem & Baronetum, alter.

Ad ROGERUM OWEN. Equi-
tem auratum, tertius.

E P P.

EPIGRAMMATICUM
JOANNIS AUDOENI

OXONIENSIS
CAMBRO-BRITANNI,

Ad EDOARDUM NOEL.

Equitem & Baronetum,

LIBER PRIMUS.

*Ad Henricum, Augustum Principem
Cambricæ.*

Mæcenas Equitem primus cum Cæsare, Flacci
Foverunt gelidos Virgiliique Iares.
Me quoque tres Equites, Tuque Augustissime Prin-
ceps,

Re simul & fati spe melioris alis.
Sunt Mæcenates mihi tres: quocunque supersunt,
Si quis adhuc supereft, Tu mihi Cæsar eris.

*3 Ad tres Mæcenates, Edoardum Noël,
Guil. Sidney, Equitem & Baronetos, &
Rogerum Owen, Equitem
auratum.*

ME cum defererent veteres, ut nunc sit, amici,
Vos insperatam Tres mihi fertis opem.
Vestra igitur summis junxi tria nomina, solus
Mæcenas dignus Cæsaris esse Comes.

*3 I. C. & Medicus.
I*lli vafer nisi sit, nisi sit temerarius alter:
I Se mendicato pascat uteisque cibo.

4 Scala aulicorum.

Nemo gradus nisi per plures ascendit in aula,
Ad descendendum plus satis agus erit.

5 *ad Edoardum Noël, Equitem & Baronetum.*

Hæc tibi, Mæcas, quamvis Epigrammata scilicet
bam,
Scripta legent alii, sicut modo digna legi.
Quid plus ergo mihi debet Lector patronus?
Tu mecum lecas, non modo Lector eris.

6 *Ad Aulicum.*

AUdacem fortuna omnis, cibus omnis edacem
Ad juvar; Ecce aliquid si cupis, aude, & ede.

7 *Honoris & Divitiarum comparatio.*

DOnat opes homini Deus, & sibi poscit honorem:
Ergo divitiis anteferendus honor.

8 *In Poëtas fabulosor.*

Fictum inter factumque parum distinguere curat,
Quodlibet ex quovis Ente poëta facit;
Sortiri nomen fuit a faciendo poëta:
A faciendo aliquid scilicet: imo nihil.

9 *In Tomasinum.*

SCripserunt Afini laudes hoc tempore multis;
Legimus & laudes, ô Tomasine, tuas.

10 *In Fabianum.*

Extra calvescunt alii, tu calvus es intra:
Crinibus hi, cerebro tu, Fabiane, cares:

11 *Osculum.*

UNa trisyllaba vox inter celebratur amantes;
Quam sibi quisque sua vult ab amante dari,
Syllaba prima data est, reliqua sine lice dabuntur:
Quæ dedit os, colum non minus illa dabit.

12 *Dalila.*

SAmsonem rigidis spoliavit crinibus uxor;
Hoc nostro multæ tempore sunt Dalilæ.

13 *Conventria & Warvicum urbæ*

Mediterraneæ

Non idem vobis Presul, tamen Mæcas idem:
Pervixit yester spiritus, uia saio est.

¶ ¶ №.

14
A proxenia
Natalis pr

15
JUDice me, n
J Naturz ic

16
Pungit offici
Cur, nisi q

17
Solarem mulie
Pudicit i

18
Non pateres,
Quos tua z

19
Nupstis unde
Nulla mag

20
Muota Storu
Quels fr

21
Publicates ol
Akrogazhe

22
Ingenium tibi
Addis natura

23
Vimini formans
Antis & ingen

24
t mifit, forun
Uvelles, virtu

25
In p
Quid Judas feci
Sufredi ne

LIBER PRIM U S.

167

Natalis.

14

AD praesentia nascor, & ad ventura renascor;
Natalis prior est, ille sed hic potior.

15

De arte amandi.

JUDICE me, ruditis est artem qui tradit amandi,
Naturæ scopus est, non opus artis, amor.

16

In Gelliam.

FUNGITUR officio rarus sine munere judex:
Cur, nisi quod sanctum munere munus emis?

17

In Phyllidem.

SOlaREM muliebris amor non durat in annum.
Phyllidis: instabilem Phyllida Luna regit,
Menstrua mente solet Phyllis, non corpore tantum,
Quovis mensce pati, menstruus hujus amor.

18

In Pætum problema.

NON pater es, non, Pæte, ficer, non vitricus horum
Quos tua nra prætibi rotulit: ergo quid es?

In Pontilianam.

NUPSTI undecimo cur, Pontiliana, Decembri,
Nulla magis nox est longa, diesque brevis.

19

Ad Franconem J. Conf.

MULTA Statuta noto poenalia, Fronto, vocari;
Quies titulum dederint præmia, nulla lego,
Publicares olim fulcis innixa duobus,
Abrogat hæc artas præmia, poena manet.

20

*Ad Edoardum Noël, Equitem &
Baronetum.*

INGENIUM tibi mite sagax natura creavit?
Addis natura viribus artis opem.
Virtuti fortuna tuæ comes utilis hæret:
Artis & ingenii dotibus addis opes.
et misericordia, fortuna dedit, succurrere posse.
Ut velles, virtus fecit: utrumque Deus.

21

In Festum judicem injustum.

QUOD Judas fecit, facito, iudicxve Pilatus:
Suspensi non vis Festi? lavato manus.

P 2

23 FEBR.

23 Paronomosia,

JUDICAT ex mento, non mente, puerilla maritum:
 Non mens, at sponsae menta minuta placet.
 Pungi quam pingi mavult Venus im proba: semper
 Peniculo penem prætulit alma Venus.

24 Ad Martham de Quinto.

PRODIGUS est & avarus amator Quintus, amoris
 Prodigus ipse fui, Martha, avidusque cui.

25 Tergoris & Dorsti Etymologia.

POSTERIORA viri vox neutra Latina notavit:
 Utraque facinoris moribus apta fuit.

26 In testatum Colinum.

NULLUS moriens, Coline, tuis das, omnia linquis,
 Parcus eras vivens: parcus eras moriens.

27 De Virginitate & Conjugio.

VIRGINITAS angusta via est, via latior autem
 Conjugis: hinc plures ingrediuntur eam.

28 In Panoram.

LIS inter Panoram grayis Eunomiumq; magistrum
 De sacris Cleri ritibus orta fuit.
 Exhibit Eunomius geminos, sua biblia, teste,
 Testamenta Dei non dubitanda duo.
 Quid cum Scripturis inquit mihi Pantha negoti est?
 Ecce Statutorum, Biblia nostra, librum.

29 Ad D. T.

TU dominos sectare duos: mirabile diu en est,
 Si vel utrique places tu, vel uterque tibi.

30 Fides Mercatoria.

QUO solet esse fides minor in debentibus aurum,
 In credente fides hoc solet esse minor.
 Diruit innumeros hoc tempore mercatores
 (Non tutum est hodie Credere) sola Fides.

31 Gerundia & Supina.

DILDO-DUM Æneas aberat, caruisse Geundi
 Dicitur, & nullum nosse Supina virum.

32 Ba

32 *Da mihi Angelum, & ego dabo
tibi spiritum.*

Spiritus huic sanctus promittitur: Angelus illi
Michaëli; hic munus polluit, ille manus.]

33 *Ad quendam D'vitam.*

MAgnes amor tuus est, si multum hoc tempore
dones;

Si multum credas, est tua magna fides.

34 *Ad duarum sororum parciissimarum
seruum.*

TRes Parcae toto celebrantur in orbe sorores:
Expertus Parcas es miser ipse duas.

35 *Pediculus.*

TU morsu me lassis; ego que tibi infero mortem:
Est tua culpa levis, non aego; pena gravis.

36 *De malo in pejus.*

Incidit in Syllam cupiens vitare Charybdin,
Qui morbum fugiens, incidit in medicum,
Stulti dum virant virtutia, in contraria currunt:
Qui item fugiunt, caufidicunque petunt.

37 *De prodigo & avaro.*

Prodigus omnis homo, miser est, miser omnis
avarus;
Itius miseri filius ille miser.

38 *In R. G. vindicta Divina.*

Pnviti sacras tenuisti praesulis ædes:
Tetener invitem nunc aliena domus,

39 *In E. imam.*

Promissum quories quiddam te, Dama, rogavi,
Quod, quoniam praestas nil mihi, sepe rogo?
Sepe soles Factam, Feci, mihi dicere nunquam:
Incipe jam Feci dicere, non Faciam.

40 *In Linum infortunatum.*

Quid mirum fortuna tibi contraria quod sit?
Crinita est illi frons; Line, calvat tibi

41 Amica ad Gaurum.

A Me nescio quæ munuscula in auro rogasti,
Si munusculum vis tibi, Gaure, dabo.

42 Homo Pantophagus.

N On mare, non aer, non tellus, denique cuncta
Sufficient nostræ vix elementa gulae.
Si quod edunt homines hominum substantia fiat,
Ut perhibent: Homines qualia monstra sumus?

43 Vía lata.

L Ata via est, & trita via est, quæ ducit ad orcum:
In venit hoc, etiam se ducet, cæcus iter.

44 Ad, In, De.

I N libris tria verba meis celebrantur: Ad, In, De:
D E docet, A D dignos laudat, & I N lacerat.

45 In Quintum immisericordem.

N Uodus inopfve tuas si quis pulsaverit ædes:
Quinte, stipendi misero qua ratione negas?
Mendicare siipsem prohibet Lex Anglicæ, dicens:
Esto; tamen miseris Lex dare nulla vetat.

46 Humanum est labi.

T Erque quaterque die justus cadit, ut lego scri-
ptum:

At quories, scripturnon lego, iusta cadit,

47 In quendam ineptum scriptorem.

O Utinam vel tota foret tua nigra papyrus;
Tincta foret nullo vel tua charta nigro.

48 Fænatoris analogia.

Q Uo mihi divitiae, si non conceditur uti?
Æra nitent usu: me juvat usus opum.

49 In cornutum.

S i natura daret tibi cornua, tollere posses,
Quod tibi nupta dedit, tollere nemo potest.

50 Res Judicata.

L Ex quamvis ratio Ciceroni summa vocetur,
Et bene laudetur Lex quæ ratione probatur;
Invenies inter legislatas raro legislatas:
Moris & exempli leges sunt, juraque Templi.

51 Mala

11 Pomois sun
Ingenios

12 Terminus à
Legitam

Terminus hinc
Caudicos ho

Caudicis inla-

Tertius habet
ell in liec T

* Eligies A
reo Angl
silius, J

13 Crux
R Estat Imago
Christi, C

14 Das L

M

A Mbo eadem di
Inter Ius m
Quz medieat,

Interius cen
Templum igni
Cen

A Templo d

15 Pætamenta
Atque loci

Adoratio vos /
Non conu vo

Venit nec inspi
Unicament

16 L Liberatis multo
Me quoque

E Libbonum dix
Sibonus et,

Mulier.

51 Formosæ sunt famosæ , juvenesque jocosæ ,
 Ingeniosa , sagax formina , falsa , falax .

Quatuor Termini forentes.

52 Terminus à sancto princeps Michaelē vocatur ;
 Legitam in primis * Angelus iste juyat .

Terminus hinc Hilari sequitur , nec nomine vano ,
 Causidicos hilares Terminus iste facit .

Causidicus instar * libri pascalis habendus
 Tertius ; à sacro Pascchate nomen habet .

Quartus habet Triadis titulum cur terminus ? omni
 Est in lite * Trias callida , nulla Monas .

* Effigies Archangeli Michaëlis in nummo au-
 reo Anglicano . * Easier booke , * Cliens , Cau-
 sidicus , Judex .

53 Crux in foro cauponario , ad Christum .
 R Estat imago crucis ; Tua , de cruce tollitur ecce ;
 Christe , cruci major , quam tibi , constat honor .

54 Duo I. Consiliorum collegia , Templo
 Medicum & Interius idem esse .

A Mbo eadem domus estis ; idem ius ambo studetis :
 Inter Jus medium est Interiusque nihil .
 Qua media est , eadem magni res intima mundi ;
 Interius centro nam nihil esse potest .
 Templo igitur Medium , medium licet usque vo-
 cetur ,

A Templo differt Interiore nihil .

55 De ipsisdem .
 P Aramenta duo vobis , Chorus at facer unus :
 Atque focus vobis , ara sed una duplex .
 Ad ecnam vos sacro idem vocat ore Magister ;
 Non cornu vos ad prandia cogit idem .
 Vefra nec inspirat duo cornua Spiritus idem ,
 Unica mens animat corpora vestra duo .

56 Edwardus Neil , Liberalis .
 L Iber-alis multos , Mæcenas optime , setuos :
 Me quoque Mæcenas optime Liber-alis .

57 Ad Fauſtum .
 E Sse bonum dixi nostrum , Fauſtine , libellum :
 Si bonus est , utinam sim meus ipſe liber .

IMUS.
rum.
name regi
Gauke, dabo,
gu,
us, denique coh
menta galz.
um fuſſimacis
ia monda fund
ue ducitatem
e, circu in
natur: Ad. In Je
dat, & IN loca
cerles.
aventides;
razione nega
glifica, dicta:
lla veter.
lit, ut lego fa
julta cadit.
rem.
papyrus;
ita nigra,
irur uif?
s opum.
e posset,
nenoposet.
a vocetur;
one probat;
ue Templo
fi Mo

172 LIBER PRIMUS.

58 O Tempeſa!

T Empora mutantur, nos & mutamur in illis:
Quomodo? fit ſemper tempore pejor homo.

59 Traulſaus, ad Bellinum.

S Ermonis quanquam viatio, Balbine, laboras;
Nemo potest niſi tu dicere, Pa-pa-pater.

60 Agna Oxon.

N Upta ſenatori Benedicto non bene diſto,
Credita quæ fueras Agna, reperta lupa es.

61 Ad Aulum Medicum, gratulatio verna.

V Ere novo impuri remes & viſcera purgant,
Gratulor, Aule, tibi: ver, tua meſis, adeſt.

62 Poëta laureatus.

L Aurus in igne crepat; vivunt in funere vates?
Fallor; an hinc vatum p̄tēmia laurus erat?

63 Ad eivem.

F Eb̄e laborantem decedere Phœbus ab urbe
Te jubet, & cœlo commodiore frui.In tua rura redis, urbanaque lucra relinquis;
Redditur in patro pristina rure falus.Sanus inopſque iterum Londinum, rure relicto,
Ire paras, iterum dives & æger eris.
Pristina Febris adeſt, dicat jam Phœbus, utrum ſe
Utior dives morbus, inopſe falus?

64 In Labienum, philautum.

S E folum Labienus amat, miratur, adorat:
Non modo ſe folum, ſe quoque folus amat.

65 Vidua.

U Xorem viduam qui ducit, idem facit ac si
In * longa veftem querat emaque via,
Altera vefis uti magis eſt, minus altera trita;
Sic viduarum alia plus, alia que minus.

* Long lane.

66 Pyramus & Thisbe.

I N felix nostrum paries divellis amorem:
Quam longe diſtar, quam prope, noſter Amor?

67 Ad pollum elenem.

L Is pendet tibi Polle? ſemel tibi pendere preſtat,
Quam pendere diu; Solve, folutus eris.

68 Fri

63 Et mate frig
Sic calx64 P̄t ſuſtantij
Et tamē
65 JaA Snorum in
In centro
Ut bonus Altis
Impeſtis ut

71 Ad Ed

UT Juvenal
Sufſicor
Stili, utidic
Dandi litera72 N Illimitab
Non me73 P̄t promtu
la promt

74

POenus hab
Ac fundus
Fos plus qua
Sic clementia75 Virtutem par
Prudenter h76 Uſſiti me Gall
Nam illa uita

68 *Frigus Calidum.*
Est mare frigidior mulier; tamen urit amantem;
 Sic calx, in gelidam jaeta, caleficit, aquam.

69 *Par ma foy.*
Per sanctam jurare fidem mos, non per amorem est;
 Est tamen * ille Deus; non tamen illa Dea.
 * Joh. in ep. 1. C. 4. v. 16.

70 *Astro-*
 Physico-
 logia.

A Strorum in summo later alta scientia celos
 In centro Physicæ vis veneranda later.
Ut bonus Astrologus siam, cœlum nimis alcun
 Impedit; ut Physicus terra profunda nimis.

71 *Ad Edoardum Noël de amanissima ejus uxo.*
 re Elisabetha, Baptista Elks, Equitis
 aurar i filia.

UT Juvenalis ait, dos est uxoria lites:
 Suspicer, affirmat quod Juvenalis, ego:
 Si lis, ut dixit vares, uxoria dos est:
 Duxisti litem tu, sine dote tamen.

72 *In Ponticum.*
NIl mihi das: donabis, ais, post funera, quare
 Non moretis? bis dat, Pontice, qui cito dat.

73 *Impar Congressus.*
In promptu semper strictum Matto non habet en
 In promptu parvam Ponti semper habet. (sem:

74 *De agris & nummis ad Pontilianum.*
 mercatorum.
FOenus habet cerros omnisque pecunia fines:
 At fundus fundo, Pontiliane, caret.
Fons plus quam cisterna valer, quam cistaq; fundus:
 Sit cisterna licet maxima, fons minimus.

75 *In Femam.*
Virtutem parce laudat; virtumque libenter
 Prædicat; hinc dicta est non male farrà malum.

76 *In Gallam.*
USsist me Galla videndo: rangero noli!
 Nam si uras oculis, quid facias oculo?

77 *In*

77 In Linum decrepitum.

S^atumnū dictū memorant, quia sit satur annis;
Saturnū fieri te, Line, tempus erat.

78 Tripodium.

P^es loquitur, quem lingua tacet, cor dicit amorem.

Lasciva argurum dum regis arte pedem.

79 Jof. Hal. Cantabrig. Vota & Meditationes.

V^ota vovenda voves, scribisque legenda: Beatus
Qui tua vota legit, si tua vota facit.

80 Anagramma, Ad Priscum senem.

C^ur non sunt, ut erunt, crīspī tibi, Prisco, capillæ.
Prīscus ego nunc sum? qui modo crīspus eram?

81 Nox Britannica.

Dⁱcuntur* minima contenti nocte Britanni;
Contenta est longa nocte Britannia frui.
* Juven. Sat. 2.

82 Ad Nævium.

S^ol fugitur præsens, idemque requiritur absens;
Quam simili soli est, Nævio, noster amor?

83 In Festum mandacem.

O^mnis homo est mendax, puto, Fe ste, fateberis; er-
Mentiris dicit, qui tibi dicit, Homo es. (g)

84 In Carpophorum.

C^um ridente foris ridet simulator amica
Carpophorus: sicut cum conjugé flente domi.

85 Mundur.

Iⁿ mundo, mundi duo sunt, mundissimus alter,
Immundissimus hic, Mundus uterque tamen.

86 Ad G. I. mereazorem.

Q^{uo}d cui plus dederis, magis hoc tibi fiet amicus:
Quo plus credideris, hoc magis hostis erit.

87 Satis-datio & Satis-factio.

V^oos in Cæsarea sit Jure satis-dare quamvis
Crebra; in Pontificum Jure; satis-facere.Juristæ satis accipiunt, ar raro satis-dant:
Multasatis dicunt, raro satis-faciunt.

88 Witch.

RIMUS.
et regiam,
et, qui sit regis
tempus est,
acer, cor datus
arte pedem.
et Melanius,
fique legenda de
la VORA sacra.
scrum seum.
pi tibi, Pisco, in
si modo crepuscu
i nocte Britanni;
Britannia frui.

equinotables
nofer amori
Festie, fatcheri
Homo es.

tor amica
quique stante domi
nihil mus ali
unterque cunam

e tibi fer amico
magis hollis ead
e quamvis
satis facio.
is-dant:
cium
88 Natura

L I B E R P R I M U S .

157

Wichanicus.

88 **P**ompejanus ego non sum, non Cesarianus,
Non sum Syllanus: sum Marianus ego.

89 **C**ontra illud quod vulgo dici solet, * Fratrem
juniorem seniore generosorem esse.

Autor Adam gener is, quo non generosior alter:
Nemo creatori proximus ipse suo:
Ergo proximior quo quis numeratur Adamo,
Hoc generosior est, proximiorque Deo.
* The jonger brother the anciente
Gentleman.

Deum nemo vidit.

90 **I**n scia mens Numen non cernit: noctua lumen;
Non videt ista diem, non videt ille Deum.

91 **S**enex non est homo.

Risibile est animal juvenis: mulierque puerque
Fleibile: dedidicit siccus utrumque senex.

92 **I**n Saracenum, Atheum.

Afficit insipidum in quasi fabula te sinus Abrax;
Mallei in Saraz tu recubare sinu.

93 **M**os.

Consuetudo & mos vim legis habere videntur:
Improbitas hodie vim quoque legis habet.

In Albinum.

Perdidit Albinus mercator remque fidemque;
Nil ultra, quod jam perdere possit, habet.
Perdidit idem Albinus amator spemque fidemque,
Quid superest quod jam perdere possit? amor.

94 **A**nagramma.

Vox eadem gerere & regere est: omneque noran-
Ut regat uxorem vir, gerat illa virum. (dum)

95 **A**mator desertus.

Ignis ut Inferni, quamvis non luceat, ardet:
Sicut uis haud lucet, me tamen urit, Amor.
Igni elementari similis meus est amor in te:
Lucet enim, sed te non meus urit amor.

96 **D**e pena Thaidis : problema.

Cur que peccavit non ergo, at pectore Thais,
Carnifici in pönam tergora nuda dedit?

44

An quia culpa p̄x̄it, sequitur sua poena nocentem,
Judex in poenam posteriora petit?

98 *Iri exsequiae.*

Quartanę par est pauper : campana perempti
Pauperis in tacito funere nulla sonat.

99 *Croſſi & Iri Epitaphium.*

Hic jacet, hic situs est Croſſus sub marmore, quando
Irus ubi jaceat pauper? ubique jacet.

100 *In Momum.*

Nil in te video quod amem, laudemve, probemve:
Nil in te video , Mome, quod invideo.

101 *Unitatem non esse numerum.*

Scriptores inter peregrinos atque Britannos,
Nullius numeri sum , tamen unus, Ego,

FINIS LIBRI PRIMI.



EPIGRAMMATUM
JOANNIS AUDOENI
OXONIENSIS
CAMBRO-BRITANNI,
Ad GUILIELMUM SIDLEY,

Equitem & Baronetum,

LIBER SECUNDUS.

Ad Criticum Aulicum.

Nihil distant labor atque labos, nihil arbor & arbos;
Idem honor est & honos: qui rapit ergo, sapit.

2. Fides.

Nos ratio docet esse Deum, cogitque fateri;
Hac ratione, Fides extrationis opus.

3. Deus.

Omnia cum videat, nulli Deus ipse videtur;
Solus ubique patet, folus ubique latet.

4. Ad Guil. Sidley, Equitem & Baro-
natum, &c.

Te linguae variae decorant & pagina legum;
Exornant artes & pieratis amor.
Consilio multis, opibus succurrit egenti;
Hoc virtutis iter; Cætera mortis erunt.
Sic tibi, sic Christo, patriæ, patriæque parenti
Vivito; post mortem Te meliora manent.

5. Ad ejusdem unicum filium, Joan.
Sidley.

Janus es; at solo, juvenis jam, nomine: doctri
Æmulus esto patris, re quoque Janus eris.
Vix erit, ut possis doctum superare parentem:
Æqualis patri filius esto; Sat est.

Q.

6. Adqui-

LIBER SECUNDUS.

6 *Æquinoctium perpetuum.
Ad caeum.*

AQua fuit noctique dies tibi , noxque diei ?
Non ramen æquatur linea quæque tibi .

7 *In Anabaptistam Ponticum.*

Stanus vis esse , sacram servato dixam ,
Pontice : cœnato sepe , lavato semel .

8 *Dū Inconstans.*

Vertumnūm celebrant Romani : Protea Graii ,
Quæ non jam tellus Numen utrumque colit

9 *Axungia.*

NEc siccus volente rota creper , ungitur axis :
Causidicūm mos est ungere , ne taceat .

10 *In Harpalum , duorum filiorum (ut puta-
tur) patrem.*

Qui nomen gerit iste tuum , tuus , Harpale , non est :
Alterius nomen qui tulit , hic tuus est .

11 *Creatio Mūleris .*

Paulus Euangeliūm populo dum prædicat omni .
Alloquitur * nostrum , non mulierē , genus .

Orate , ô fratres (at non Orate soiores)

Presbyter in Missā dum sacra muſicā , ait .

Temporibus divisa suis dum singula strīctim

Explicat artificis Numine facta Dei ,

Qui bonus est , frustaque nihil nec inurile fecit .

Vidit , ait Moſes , hoc Deus esse bonum :

Additur h̄c operi ſolemnis clauſula ſemper ,

Excepto , poſtquam foecina facta fuit .

* Viri , patres & fratres .

12 *In Papinianum & Ponticum.*

Poſſe errare negas te , Papiniane ; fed erras :
Tute errare negas , Pontice ; poſſe putas .

13 *In Tuſtonum .*

Mortuus est Tuſtonus , opes de morte resurgunt ,
In cumulo uttumulo quæ jacere diu .

14 *De*

LIB

14
Dōcēres pec
Cur non p

15 *In Ma*

16 *In natum nigro*
Abus in adv
Jofie negat finis
Non c̄ ergo S

17 *Unde fit ut Fra*
Integri in
Hotetix genetio
I Angelus eff

18 *Canulariae ni*
Terus plus

19 *Veron Bene*
Ego Place

20 *Mater & Aler*
Temporis

21 *Dicitur à prijs*
Temporis
Temporis filius a
Temporis ziem

22 *Plurimus in exil*
Civitatis in Ing

De pana & enpa.

DOCTORES peccata inter non entia ponunt:
Cur non peccati p̄na sit ergo nihil.

IN Mauros , qui Angelos nigros , Demona-
nes albos pingunt.

INNATUM niger non exuit arte colorem :
Albus in adversum vertitur arte color.
Posse negant sancti respicere demona patres :
Non est ergo Satan candidus ; Hic niger est.

P Argent fait tout.

UNDE fit ut Francus post tot , post bella tot , Anglus
Integer in folio regnet uterque solo
Protexit generosa tuum te , Francia . * scutum :
† Angelus est custos , Anglia tota , tuus .
* l' Escu : † L' Angelot.

In quendam ebriosum.

GArrulitate nihil sicca stibundius ; uxor
Tertia plus loquitur : cur bibit ergo minus

Verona , Placentia , & Beneventum .
Ad Italum .

Verona Beneventanam raro itur ad urbem ,
Esto Placentinus : tu * Bene-ventus eris .
* Ben venuto per tutto .

Tempus , Veritas , Odium .

MAter * Aletheia est odii , sed filia longi .
Temporis : est odium Temporis ergo nepos .

Temporis filia .

Dicta fui à prisca quæ filia Temporis : hujus
Temporis , am prisca filia dic ar ego ?
Temporis illius non filia , temporis hujus :
Temporis æternus Filia Christus erat .

Amor conjugalis .

PLutimus in ecclis amor est , connubia nulla :
Conjugia in terris plurima , nullus amor .

Qz

22 De

180 LIBER SECUNDUS,

22 Decalogus, Oratio dominica, & Symbolum Apostolicum.

UNus amor, præcepta decem: spes unica, vota
Sunt septem; articuli sex bis, at una fides.

23 Ad Callistratum.

Plene laboranti male num. Callistrare, dixi?
Splendere facit, splen quoque fieri facit.

24 Sol.

Très infra totidemque supra te cerno planetas:
In medio virtus maxima, Phœbe, tua est.

25 Metaphora.

Naturæ linguan corrupta scientia nescit,
Naturæ voces lexica nulla notat,
Sensu figurato promittit sermone colonus;
Gestir & urbano rusticus ore loqui.
Vita quoque ornatur variis, ut lingua figurata:
Tota figurata est: vivimus, ut loquimur.

26 Christus Theol. Med. & I. Conf.

Theologi Medicique in terris munere functus:
In celo peragit Judicis officium.

27 De jure Anglico-Walliso-Gallico.

Drectum * Gallus, † Cor-rectum Wallus, et
Anglus
Nomine Jus * Rectum simpliciore vocat.
Dirigentes Lex lucida, corrigit omnes
Erros; Juris Regula cuncta regit.
* Droict. Italice Diretto. † Cy-
raath Right.

28 Castor & Pollux.

Concordes duo sunt in celo sidera fratres,
In terra unanimis vix reor esse Deos.

29 Quod differtur, non auferitur.

Differt, non auferit mortem longissima vita:
Quid differt igitur cras hodie et mori?

30 He-

11

10

A Urum aron

Quicquid

Forma, valer

Non possum

Impiebas, an-

Fortunam fa

31

Nidais homi

Contra a

32

C Tella micans

Nuncias in

In celo tempe

la tempe luce

33

Narravit Mol

Exodon

34

U Xonfina s

Ducens

Alieturum

Quod mu

35

E X his quinque

Unum fer

36

Divinis Clei

Degeneres

37

Tuta loculos

colles

Humani gen

UNDUS,
mīta, o gīus
mī, ex dīs, ac mīdī
um.
Callīfīcī dīl
quoque fētīcī.

LIBER SECUNDUS. 182

30 *Honoris venalis Apologia. Ad
Baronetos.*

A Urūm arūmque & honor Fortunz sūnt bona
fortis:
Quicquid & humano pendet ab arbitrio,
Forma, valeudo, vites, bona corporis almi,
Non possunt pretio, nec bona mentis, emi.
Impieras, animam; est infānia vendere corpus?
Fortugam fas est vendere; fas emere.

31 *Autoritas & Ratio.*

I NDītis hominū non Quis confidero, sed Quid:
Contra in divinis, no[n] rogo, Quid? rogo, Quis?

32 *Lucifer.*

S Tella micans Veneris nocturna diurnaque, noctem
Nunciat inducō vespere, mane diem.
In cōclō semper solem comitatur eunte[m].
In terra lucem cur fugit ergo Venus?

33 *De fine Mundi.*

N Arravit Moses Genesim, primordia mundi;
Exodon at nobis dicere non potuit.

34 *Ad Pontilianum.*

U Xoresne bonas binas tibi pr̄stat, an unam
Ducere difficultem, Pontiliane, rogas.
Alterutrum si sit mihi ferre necesse malorum;
Quod minimum est, unam ducere malo malam.

35 *Perfēctio legis amor.*

E X bis quinque duo pr̄ceptis, éque duobus,
Unum servato, iussit illud; Ama.

36 *Devotio.*

D Ivitias Cleri peperit devotio vulgi:
Degenerem prolem religiosa parens.

37 *De calo & terra.*

T Erra Joculos propetota latet? patet undique
cōculum:
Humani generiste, puto terra, pudet.

162 LIBER SECUNDUS.

38 Ad Aulum, In Sextum, de
Quinto.INvidet, Aule, mihi Sextus? miserescō ego Sexti;
Quinto, qui mihi non invidet, invideo,

39 In Pollioem.

DEseris uxorem, quo jure relinquitur, ante
Conjugium à multis tacta probaratur, ait,
Conjugium p̄r̄-contractus, scio, non nego, frangit,
Ad p̄t̄ con-tactus, pollio, non diuinit.

40 Mera trice, Ad N.

ESce meras tricas meretrices, haud male dixi;
Scortata mēnā raras in cūte τειχος habent.

41 Ad Pannicum exsulē problema.

LIBer in exilio quodammodo, Pannice, vitam
Nunc agis, in patria qui prius exul eras.
Vita magis fortunarum tolerabilis harum?
Extera libertas, exsiliumne domi?
Quæ mea sit si forē rogās sententia? Malo,
Eſſe relegatus quam religatus ego,

42 Vespere.

SOLabiens paulum lucis post terga relicturn
Monstrat; uti Moſi posteriora Deus.

Mane.

Non pulchram Phœbi faciem surgentis Eoo
Cernimus; Antipodes posteriora vident.

43 Baptismus. Ad Iudeūm.

LÓtio Baptisma est, at Circumcisio vulnus,
Curantur sacra vulnera legis aqua.

44 Heantonimorumenos.

DUM mortem virare studet, vitamque tueri,
Se toto vitæ tempore torquet homo.
Bruta bonis fruirur præfentis bestia vitæ;
Dum vivit, vivit; cum moritur, moritur,45 Ad Guij, Sidney, Equitem & Ba-
ronetum.ERE meres, & Tu virtute mereris honorem,
Cum te nec moveat, nec mereatur honor.

46 Ad

LIB

Greco-Latin
Quæque si
Quæcum Majus
Ex male prie
Veritas in parv
Virgo, Magi
Eriſpondet
Cumque fio
Tam rationalis
Mutatgeſec47 D'inis prim
Defini:
In tot particuli
Longior ut48 Viberibus ci
Civis Rom
Judicis suprem
Sat, Sun, Ra49 Venit in huc
Vicir; et
50 AdInſula pene
Mox in leb
Hoc nō quod
Tu quoque d
Estimūtū
later concur
Dux Merathis
Tota Regis;

Baden-Württemberg

LIBER SECUNDUS. 183

Ad I. P.

46 **G**recō-Latīna, sagax, sapientiā tibi queritur uxoris;
Quaque figurātē syllogisatque sciat.
Quā cum Mājorem p̄fūmūferit atque Mīnōrem,
Ex male p̄fūmū urgeat Ergo sequi.

Versata in parvis quā naturalib⁹ olim
Virgo, Magistra Artis nunc fit in arte sua.
Et r̄pondeat Opponentibus omnib⁹ una,
Cumq̄ suo de omni dīserat Ente proco.
Tām rationalis mihi si contingeret uxori;
Mutare m̄ teum, si tua bruta forcerit.

In Ramīlan bimembrem.

47 **D**ēris primū, tum dividis omnia; rūsūna
Definis: it erum dividis omne genus.
In tot particulas generalia singula scindis,
Longior ut Mēthod⁹ sit tua, quam sit ēd⁹.

48 *Ad S. Paulum, De civitate Dei.*

Verberibus cum cæsus eras, defensio p̄fūs⁹,
Civis Romanus sum: tua, Paule, fuit.
Judicilī suprema dies cum venerit, an tum
Sat, Sum Romanus, dicere civis, erit?

Christus.

49 **V**enit in hunc mundum: vidit mortalia, mortem
Vicit; & ad superos in sua regna redit.

50 *Ad G. Camdenum, Magnæ Britanniæ
illūstratōrem maxīmūm.*

Inſula pene suis oblīscēndā Britannīs,
Mox in lethos pr̄cipitanda lacus.
Hoc tibi quod sup̄erest, Camdene, Britannia debet;
Tu quoque dum sup̄erest illa, sup̄erstes erit.

Ad Perpennam.

Est tūmi Junatæ, Perpenna, parenthesiſ instar,
Inter cornua frons? dura parenthesiſ hæc,
Dura Metathesiſ hæc. uxor tua prodiga carnis.
Tota *Kēgæs, tocum te facit esse † Kēgæs.
*caro: † cornu:

Q 4

52 B 9

184 LIBER SECUNDUS.

52 De vitiis & divitiis.

NEmo hominum vivit sine crimen, sive crumenam;

Crimine rara suo plena crumena caret.

53 Mortis & Macelli apologia.

MOris nisi maectaret juvenes, laniisque juvencos,

Omnia stultorum plena boumque forent.

54 Heva & Proserpina collatio.

HEvam delusit serpens, Proserpina Ditis
Capta dolo, vana spe specieque boni.

Exiit Heva parens Paradiso, cur quia malum
Edit; at in malo nescit esse malum.

Inferno exiit, malum Proserpina si non
Edidit, taciti nescia virgo mali

Heva fuit moris, Proserpina præda Plutonis;
Illa fuit Jovis filia, & ista Jovis
Utraque gustavit ventum, ponaque peperit;

Hæc flores, fructus dum legit illa, petit.

55 Astrologus & Geographus.

DIviditur totus vos inter maximus orbis;
Cœlum est Astrologi, Terraque Geographi.

56 Ad Faminam, nobilem, pulchram, &
pauperem.

Indotata viro, locupleti nubere quæris
Fonnia? pauperas irrita vota facit.
Sis ortu generosa licet, speciosaque vultu,
Sordinus externas ambit amator opes.
Prima Categories inter Substantia sola,
Plus in amore potest, quam Genus & Species.

57 Con-sci-entia.

IN verbis nunc hæret Amor: non rebus, ut olim;
Penditur à sensu, non ratione Fides.

In caput adscendit quondam quæ in pectori sedet
Religio: cœrebri est, quæ modo cordis erat.

58 Sacrificium mundum.

Hic mundus Templum domini; crux, ara: sacerdos
Et maectanda Deo victimæ, Christus homo.

59 De

LIB

19

Morsueps

Quod me

60

A

In comis

61

A

Sit comis

62

L

Ena proacto

M

Meris ac

Sulpicior hinc

Paucos in co

63

D

Discipulor

esse faci

64

P

Naturam

Ovipara

Piscibus ang

Viv-paris

65

R

Oma veru

d

Nunc muad

66

Pludar formo

Ex hoc con

loculari et Seip

la Sancra sol

59 *De peccato M. & V. Ad Christum.*

Mors tua peccati duplicit discrimina tollit;
Quod mortale fuit, crux veniale fecit.

60 *In Hospitales.*

Ascela non ego sum domuum, non hospes earum,
In quatum foribus Janua limen amat.

61 *Alter idem.*

Auros, non ēneū mihi sit, mihi qui sit ī traīcō.
Sit comis, quisquis vult meus esse comes.

62 *Sinite parvulos venire ad me.*

Lena procaxque caro juvenes in devia ducit;
Mentis at improbitas in fene major ineft.
Suspicio hinc, juvenes in cœlum ascendere paucos;
Paucos in cœlum suspicio ire senes.

63 *In Paracelsum.*

Discipulos terræ esse salem cum dicat Iesus.
Ese salem terram cur Paracelsus ait?

64 *De Ovis.*

Induit humanam Persona secunda figuram:
Oviparæ formam tertia summis avis.
Piscibus atque avibus benedixit Conditor orbis;
Vivi-paris bene non dixit, at ovi-paris.

95 *De Roma & Mondo.*

Roma vetus quadrata fuit, mundusque rotundus;
Nunc mundus quadra est, & nova Roma rota.

66 *Generatio Magica.*

Illudas formosa viro quasi succuba dæmon;
Ex hoc concubitu non generatur homo.
Incubus at Serpens, mulier si succuba. Nasci
Ex Satana loboles & muliere potest.

67 Ds

67

De Pan & Butyro.

Invenio nostræ veneranda vocabula lingue,
In Genesi *Bara, †Menin in Iliade,
*Bara prima vox Genesii. †Menin prima Illadis,
Bara autem Cambro-Britannice panem, Menia buty-
rum significat.

68

Elias Mosis & Davidis.

Vivit homo (a) centrum viginti, Mosche ait annos;
Et Moses annos (b) tunc super iuste fuit.
Vita Hominis (c) septuaginta deni (dixit David) anni:
Quot dixit, vixit; (d) septuaginta, David.
Annos quot haec vita, tot vixit uterque:
Ergo propheta fuit mortis uterque fux.
Qui Moyses numerare nos, David optime Regum,
Ille tuos docuit Te (e) numerare dies
(a) Gen. c. 6. v. 3. (b) Deut. c. 34. v. 7. (c) Psal. 90.
v. 10. Psalmus hic vocatur oratio Moysis, homi-
nis Dei. (d) 2 Sam. c. 5. v. 4. (e) Psal. 90.
v. 12.

69

Numerus par & impar.

Omnia habet medium, sed dimidio caret Impar:
Dimidium omnis habet par, medioque caret.

70

*Medici & Juris Consulti et alia.**Ad Galenum.*

Te formidati metuunt, Galene, Tyranni,
Stat regum in vestra viaque mortisque manu.
Arbitrium vobis vita, mortisque potestas
Summa darta est, uni proxima pere Deo.
Nos damnare neci sed non sine criminis Judgez,
Non sine teste potestis in fine utroque potes.

71

De gregi, Rego & Lege.

Rex pastor, populique greges sunt, pabula leges,
Æger, Grex: Medicus, Rex: Medicinaque Lex.

72

Orthographia, & Fides Orthodoxa,
Ad Libros.

Læva sinistrorum, dextrorum dextera rendens,
Non bene Naturæ convenienter eunt.

Tet.

LIB

Tendit ad

Concurrent

Eiusvis om

Spiritu el

S

Olas & o

Pecca: in

Solum onse

Servatur fo

A

Nelorum in

Anglia em

Si quavis a

Plurim aqua

Q

Urnova

Ergo diu,

Non satis plac

Sed bonita

G

Giglit inser

Are opus

Nemo duce

Factum ha

77

Aut

Non be

Pythagor

Peccatum in

Unde per

Peccati lepe

Chimenti

Circus &

Brama

BLB

LIBER SECUNDUS. 187

Tendat ac in dextra si levam , aut dextera levam ,
Concurrens geminat , convenientque manus.
Ebræi vos ortho-graphi , nos ortho-que doxis
Spiritus est noster : Litera vestra manet.

73 *Pasci electi.*
Solus & omnis homo cœclorum Numen adorat,
Peccat in hoc Numen solus & omnis homo.
Solum omnemq; hominem venit servare Redemptor.
Servatur solus , non tamen omnis homo.

74 *De salinit , Ambiguum.*
Anglorum ingeniosa licet generosaque gens sit,
Anglus emit parvo sal , minimoque sales.
Sit quamvis albus Britanum sal , Gallicus ater;
Pluris , quam noster , venditur iste niger.

75 *Novitas.*
Quæ nova sunt , non semper erunt nova , nulla placent
cebunt
Ergo diu , sola quæ novitate placent.
Non sola placuisse igitur novitate videntur,
Sed bonitate nova , quæ placuere diu.

76 *Homo non Homo.*
Gignit iners natura homines ; homo condidit artes ;
Ars opus est hominis ; non opus artis homo.
Nemo ducem sequitur Naturam ; vivitur arte ;
Factus homo est opertis nunc opus ipse fui.

77 *Autores peccati. In Grammaticis.*
Autores errorum.
Non bene Grammatici confunditis autor & au-
tor :
Pythagoras quicquid dixerat , eūtros i'p̄ce.
Peccatum infelix produxit originis arbor ;
Unde per exemplum noxious edit Adam.

Peccati serpens autor , dux formina facti.
Criminis Autor Adam non erat : Author erat.
78 *Anagramma Diaboli.*
Dia'CoλΘ. Biλ. ΔελΘ. vis, fraus.

Circuit & querens quem devorer , ut leo. Dæmon:
Errantes animas vi quaſi ventus agit.
Instruit

188 LIBER SECUNDUS.

Instruit occultas Satan, ut vulpecula fraudes :
Quos vi non potuit perdere, fraude ferit.

79 Facere & Docere. A.D. c. I. v. i.

Nuda sacerdotis docti bene credere inertem
Verba docent populum: Vivere vita docet,
Ut decuit docuit qui te sua verba probavit.
Plus malefacta nocent, quam bene dicta docent.

80 Fauus & fors.

Sorte tua contentus abi : rem farnore turpe est
Querere : contentus vivito sorte tua.

81 Inventio veri. Ad Dubitantum.

Dicitur invento post mille pericula vero
Pythagoras rotum sacrificasse bovem.
Hinc tam difficilis facta est est inventio veri :
Ut tibi sit vitulum sacrificare satis.

82 Circumcisio & Baptismus.

Circumcisus erat & baptizatus , Jesu
Christe; tibi neutro eum tamen esset opus.
Si purganda parum est utrumque ad crimina, quare
Alterutro tantum fas mihi, Christe, fuit?

83 Sapientie due, Salomon & Iesu.

Ponitur Apocryphos inter Sapientia libros
Utraque , semper erit, qui sapit. Apocryphos.

84 In avaros : Vende omnia qua habet, & da
pauperibus.

Occepit miseros hæc Litera tristis avaros :
Quidque sibi velit hic Spiritus, usque rogant,
Spiritus hoc sibi vult, quod vos non vultis Avari :
Pauperibus dare vult omnia, vosque nihil.

85 In Sexum , Anabaptistam.

Visibilis sit necne Ecclesia , Sexte requiri:
Vestra invisibilis , nostraque visibilis.

86 Exsul's solarium.

Non extorris ero, dum vivam terraque stabit :
Nec dum terra solum dicitur, exsul ero.
In ecclesiis extra terramque solumque beatus,
Mortuus extorris , mortuus exsulero.

87 Vener

87 *Venator, piscator auceps, Homo.*

Divitias & opes venor : laudes & honores
Aucupor: expiscor mystica : scire volo,
Dum stultus desidero scire, superbus honores
Ambio ; viliis opes: inter ea inter eo.

88 *De ijsdem.*

Discurrit canis in terra, piscisque profundo
Innarat ; ad ecclos avolat aves avis.
Fertur in oculatum sapiens cum pisces profundum:
Ambitus aviarum par, avidusque cani.

89 *Solarium pedestrium.*

Non equus ad ecclos generosum Castra vexit:
Nec puro Triptolemum currus in astra tulit.
Semita eolorum est angusta, pedestribus apta:
Ambulat in lata curru equusque via.

90 *Cera.*

Utiliter triplex ego sum, sacra, justa, salubris:
A mythis, medicis, juridicisque colori.

91 *In quandam formosam inflabilem.*

Te rex astrorum decorat, regina gubernat:
In vultu Sol, in pectore Luna tuo.

92 *De Anima & corpore.*

Apellant Graji servos sua * σωματες quare?
Nam mens in serva libera carne latet.
* Corpora.

Corporis est dominus, dominus; Rex corporis est
rex,
Non anima; solum noscitur illa Deo.

Corporis est genitor, genitor; mens Numine divuni
Dicit ab ingenio non generata genus.

93 *De Miraculis Christi. In incredulum.*

Non tibi tanta fides, facere ut miracula possis,
Tanta nec, ut possis credere facta, fides.

94 *Testamentum verius.*

Usque ad testantis mortem suprema voluntas
Ambulat, & nullo jure valere potest.

R

Ergo

150 LIBER SECUNDUS.

Ergo Patris testamentum vetus unde vocetur,
Nescio, cum mortem nesciat ipse patr.

95 Testamentum novum.

Hoc testamentum Christique novumque vocavit
Nescio quis primus, quisquis at ille fuit,
Nulla ramea, dum testator supercesserit Jesus,
Testamenti hujus litera scripta fuit.

96 Errorum plana sunt omnia. Cic.

A Grotant Medici, fraudantur Jure-periti,
Descendent multi in tartara Theologi.

97 Contra omnes gentes.

C ondidit in terris hominum Deus unicus unum
Factus homo multos fecit in orbe Deos.

98 In Atheos.

P rimus in orbe Deos fecit timor? est tamen, chea!
Pene Dei reliquus nullus in orbe timor.

99 Ad Mæcenatem summe, Gulielmum
Sidley, &c.

L ongævi quis non optet tibi Nestoris annos?
Vota facit vatuum qualia vulgus iners.
Annus, non annos tibi plures opto; sed Annus
Hic, mea si valeant vota, Platonis erit.

100 In Cotram, pauparem & ineptum
scriptorem.

S æpe novis opus esse inopis tibi vestibus, inquis;
Est opus ingenio plus tibi, Cotta, novo.

FINIS LIBRI SECUNDI

B. P. I.

EPIGRAMMATUM
JOANNIS AUDOEINI
OXONIENSIS
CAMBRO-BRITANNI,

*Ad Macenatum suum, ROGERUM
AUDOENUM, Equitem
auratum,*

LIBER TERTIUS.

Ad Rogerum Osen, Macenatem.

Es tua, virtutis studium, prope propria virtus:
Hanc tu sponte foves, ingenioque faves;
Alterutrum, in quounque vides, amplecteris ultro;
Inte mensura cuius sit utrumque pari.

In Ponticum, sanum insanum.

Prospera te fecit fortuna salusque superbua:
Cum fueris æger, Pontice, sanus eris.

Quoniam hora est?

Viventi mors obrepit, juvenique senectus;
Horaque dum quoniam sit queritur, hora fugit.

Bacchi Apotheosis.

Vinum vera vetus promitt, mysteria prodit:
Sicca latrant hominum peccata; pota patent,
Vinum cor aperit; renes Rhenensia vina
Scruntur; Bacchum quis negat esse Deum?

In Labienum taciturnum.

Set sapis, es stultus, cum nil Labiene loquaris:
Sive, quod es, stultus sis, Labiene, sapis.

Fides cera.

CRedebant nummos sine chirographo, sine cera
Sinceri voceres. nunc sine utroque nihil.

192 LIBER TERTIUS.

7 Ad Firmicum. De septem planetis.

SOL aurum astrologo est, argentum Cynthia: cu-
prum

Alma Venus: (Veneri patria Cyprus erat)

Mercurius, vivum argentum: Mars funebre ferrum:
Juppiter est stannum: plumbus huic pater est,
Accipede septem tibi, Firmice, quinque planetas
Sac mihi Sol solus: Luna sat una mihi.

8 In quendam illiberalem.

CARMINA de celo possunt deducere Lunam,
Ex loculis Lunam carmina nulla tuis.

9 Primatus maritalis.

NOCTURNUM imperium muliebre, virile diurnum
est;

Regnat enim noctu Cynthia, Solque diu.

10 In quandam.

PLUMA supra caput est & sub pede suber: utrumque
A capite ad calcem te probat esse leven.

11 Fides.

ASTRA oculos vicina, polum sed opinio cernit,
Sic oculo coelum cerno; Fideque Deum.12 Ad Thomam, Baronem de Ellesmer, Can-
cellarium Anglie, &c. 1612.AMISUS tibi filius unus, & unica nuper
Filia: adhuc supereft unus, ac ille trium
Inftar, Joanne's natorum summa tuorum,
Summus adhuc supereft, non modo summa trium.

13 Contemptus Mundi.

FELICEM vitam vis vivere: spernito vitam:
Vivit enim misere cui sua vita placeet.14 Ad Robertum Carum, Vicecomitem Roceſſia, &
Henricum Danvers, Baronem
de Dancley, &c.JACOBOS tu quinque & tu mihi quinque deditis:
Non temere vobis dificha quinque dedi.
Me vistro nec amore licet nec munere digner:
Si tam cara forent cetera, dives eram.

15 Ad

Renit ux
Conjug

Didic indi

Baldus

Urcedren

Nontar

Varco

Numen

Uivit

Poterio

Quam bonis

Plus decim

Non eis

Hocum

21

Omega &

Juue

Sol amo

Non hab

Credendum

Sperandum

Semper erit

Dan Dea

13

Qui aper

digen

Ad amicam cælibem.

15 **U**eris? uxorem ducas, non expedit uri:
Conjugis in gremio mortificanda caro est.

In Baldinum.

EDidit indignos in lucem luce libellos
Baldinus, dignos attamen igne libros.

Decalogus & symbolum.

CUr credenda mihi faciendis plura jubentur?
Non tam difficile est credere, quam facere.

Scientia & Charitas.

Sunt duo noscendi, duo sunt mihi semper amandi;
Numen & ipius Ego; Numen & alter Ego.

De Decimis. Ad Laicos.

Qui venit hinc fructus, fructus supereminet omnes.

Posterior nono est undecimoque prior.
Quam bonus en Deus est sibi, qui non exigit ipsa
Plus decimo, vobis qui dedit ipsa decem?

De Deo & Mundo.

Non est in mundo Deus hoc: hic mundus in illo
est.

Hoc sumus in mundo nos; utinamque Deo.

Jus Decimarum & Primicularum.

Quanta & Alpha Deus: rerum perit ergo tuarum
Jure sibi decimas primitiasque Deus.

Spes, Fides & Charitas.

Solus amor nobiscum intrat penetralia coeli,
Non habet in coelo spesve fideſve locum.
Credendum post funera nil erit omnia cerno:
Sperandum mihi nil, omnibus ecce fruor:
Semper erit quod ametur: amor post funera vivit,
Dum Deus in ecclesi ipse superites erit.

Ad seipsum.

Cui jacet in clausa nummus quasi mortuus arca,
Argenti vivi nil Polydorus habet.

194 LIBER TERTIUS.

24 *Ad seipsum.*

Bibliopola tuos ambivit, Oene, libellos,
Dixisti pretium versibus; ille dedit.
Excusus liber exstat; emis tua carmina nummis;
O miser! ingenium vendis emisque rauum.

25 *In uxoriū.*

Clavum in puppe tenes; at te tua cymba gubernat;
Quæ gerit, hæc eadem te tua cymba regit.

26 *Conjuges Duo in carne Una.*

Corpore miserrimis nisi Cor amor uniat: ambo
Non sunt Unus; sed sit uterque duo.

27 *Homo solaris.*

SOL semper rapido currit contrarius orbi:
La cursu vita solem imitetur homo.

28 *In montanum.*

Ingenii Montane cui est vigor igneus. Unde
Colligis hoc? inquis; Nascitur igne nihil.

29 *Londinum.*

URBS sterilis fructus agrorum in stercore verdi:
Fertilis in fruges stercore veriti ager.
Tu viatum debes avido vitamque colono;
Debet stercoribus non minus ille tuis.

30 *Ad amicum cognatum, Theodorum
Prize, Theologum.*

SEmper in incerta re tu mihi certus amicus:
Ne sit amicitia nomen inane, caves.
Quem verbis profitere, probas tu rebus amorem
Linguis vocali confona vita tua est.

31 *De Atheis & Polytheis.*

Tot timet esse Deos quod fert incommoda pauper;
Esse Deos nullos spera Avaritia.
Impietate minus, quam Copia, peccat egestas;
Ita Deos posuit, sustulit illa Deum.

32 *Soli(c)udo. Ad Ponticium.*

NOæ dieque aures clamoribus uxor adimpler,
Te tua sollicitum, Pontice, semper habet.

Quid

Quid supereft remedi? de folum clitudine tanta
Tertia dematur syllaba; salvus eris.

33 *F A S.*

SPE ccelos & Amore Fide que adscendere FAS est;
Abfque tribus ccelos his penetrare Ne-FAS,
Spes iuxtae dextræque Fides afflit Amori:
Virtus in medio maxima conſtat Amor.
* Fides, Amor, Spes.

34 *Ad doctum & diſertum EQUITEM Rego-
rum Ouen.*

ESse videreris juvenis, doctissimo, si vel
Surdas ego; vel Tu mutus, Oene, fores.
Te juvenem credit nemo, niſi clauerit aures:
Te, ſi non claudat lumina, nemo ſenem.

35 *Odo.*

SERVATOR mundi pronunciat octo beatos:
SERVATRIX quatuor-bis beat Arca Noë.

36 *De primatu viri, problema.*

CUR Deus omnipotens ex conjuge condidit Eym?
Congeneri ne ſe dicere eſſe patrem.
Si terra prognata foret, foror eſſe Adami;
Seque parem fratris crederet Heva foror.

37 *Conjux.*

INferior cum ſit quævis matrona marito,
Unica cur feſum ſignat utrumque nota:
Cur æqua conjuxt vit & uxor uterque vocatur?
Uxor enim non eſt æqua, at iniqua, viro.

38 *Epigramma.*

EST nostrum, quorum eſt epigramma ſcribere
munus,
Quolibet ex ligno Mercurium facere.
Verlor ego in verbis, veluti Paracelſus in herbis;
Subjicit ille ſibi res, ego verba mihi.

39 *In Paulam feminam leclifimam.*

Mitris quare leclifima Paula voceris,
In medium lecas te tenet uisque diem.

296 LIBER TERTIUS.

40 In quendam litigiosum.

Causidicus si non essem, tibi que creares:
Causidicus quamquam sis, morerem fame.41 Le^tio sae^rorum.**E**t latro, & cautus prae*c*ingitur ense viator;
Scripturam Hæretici Catholici que legunt.42 Ad Joannem Williams, Cambro-Britannum
Oxonensem, Theol. D. & Collegii Jesu-
Principalem.**S**crutaris Tu Scripturas Veteresque Novasque;
Janus es; à tergo quid sit, & ante, vides.43 Ad Joannem Williams Cambro-brit. Cantabrigien-
sem, Theologum, & Collegii S. Joan-
nis Socium.**I**ngeniose tuum Juvenis ne conde talentum:
Cambrorum per te perpetuandus Honor.44 Ad Joannem Williams, Cambro-Brit. Londonen-
sem, Regis Aurifacem.**C**ivile ingenium plusquam civile viderut
Jane tuum; plus, me judge, cive sapis.

45 Ad eosdem.

TRes mihi cognati, mihi vos tres estis amici.
Tres Jani, vester sum quoque Janus ego.

46 Ad Creditorem.

Es tibi, qui debet servus, qui solvit, amicus;
Debit, qui non vult solvere quid? Dominus.

47 Veritas in profundo. Infucatam.

Falsa parent, at vera latent; in te patet istud:
Nam faciem fictam, cætera facta geris.

48 In Phyllidem.

DAS gratis, at Phylli negas tamen oscula gra-
tis;
Ingratum & gratum est, quod dare Phylli soles.

49 Gra.

Gravitas & Levitas.

49 *Sint gravitas levitasque sibi contraria quamvis ;*
Sit grave nolo meum , sit leve nolo caput.
Quorum utrumque malum est , odi contraria ; con-
jux
Sic mihi nolo levis , sit mihi nolo gravis.

In garrulum , morbo colico
laborantem.

Lingua loquacior est , cuius taciturnior æquo :
Illa loquendo homines , ille tacendo necat.

In Theologastrum sophistam.

Quid tibi neglecta virtute scientia prodest ?
Define jam verum querere : quære bonum.

Aetio & Fassio.

Qui mala multa facit , patietur multa vicissim ;
At mala qui patitur plurima , pauca facit.

Resipiscientia , & Remi-
nientia.

Memiserum meminisse dolet jam , quæ mala
feci ;
Plurima quæ passus sum , meminisse juvat.

Damnatus.

Tristis . & undecimo tua par fortuna Decembribz
Post lucem sequitur nox tibi longa brevem ;

Beatus.

Undecimo Juni tua par fors leta videtur
Post noctem fulsit lux tibi longa brevem.

Felix & Festus.

In festus tibi Paule fuit sanctissime Festus :
In felix Felix , & tibi Paule fuit.

Democritus & Hera-
citus.

Temporis iste sui casus & crimina flevit ;
Risit stultitiam temporis illi e fui.

Sextus.

198 LIBER TERTIUS.

Semper erunt miseri mortales semper inepti,
Hic ut in aeternum rideat, ille sicut.

58 Semper { Idem,
Idem,

Spes eademque Fides sic semper, Amorque &
idem,

Ingeniusque tibi sit sibi semper idem.

59 In ignorantem arrogantem
Linum.

Captivum Line te tener ignorantia duplex:
Scis nihil, & nescis te quoque scire nihil.

60 In Poetam Maeviam.

A Non ente malum Maevi, nil discrepat: ergo
Plurima cum facias carmina, nulla facis.

61 He/era & Penelope.

T Yndaris Illiadem fama super æthera vexit:
Implet Odyssæam gloria Penelopes.
Penelopes, Helenæ morientur nomina nunquam:
Hæc quoniam voluit, noluit illa, rapi.

62 Vita.

V Itam sic exit Natura, ut aranea telam:
Longus, at in lapsum pronus, uterque labor.

63 In Paulam.

U Suris vit Paula tuus, tu corporis usus,
Vitæ vitrum querit fænore, tu fæmores.

64 In avaram parcum.

N IL Numerare juvat, nihil Addere sempes
acerbo,
Multiplicare nihil; Divide, diverseris.

65 Veritas & virtus.

N Unquam tam pauci, quam nunc bene vivere
discunt;
Nunquam tam multi, qui docuere viam.

Cro.

Credendi
Qui docue-

66

Captivus
Piscorum

67

Theologus
Julianus

68

Nec pauper
Nolo

69

Nekimus

Uxor amans
Deflorans, de
Sic vicitus

70

Cum tuis

Curia,
Proximus
Curita

71

Esponsum
Pars tam

Sic non meo
Uniores

72

Mundus,

Quoniam o

Credendi docuere vias hoc tempore multi;
Qui docuere vias, non docuere viam.

66 Scribeores hujus seculi.

Carpimus extremas voces & verba priorum,
Piscorum, qui nunc scribimus, Echo sumus.

67 Tres Reclues Mundi.

Theologus sapiens sit, ut omnibus omnia fiat;
Juridicus prudens sit, Medicusque sciens.

68 Votum Autores.

Nec paupertatem nec opes desidero magnas:
Nolo Parum : Nimium non volo; Sat mihi
Sat.

69 Libri prohibiti.

Nostimur in vetitum semper cupimusque nega-
rum,
Uxor amatori sorder, amica placet.
Deformis, dum servatur, formosa videtur;
Sic veritus pulcher creditur esse liber.

70 In Fesum.

Cum tibi sim per-Fidus ego, mihi perfidus es
tu;
Cur ita, respondes: Proximus ipse mihi.
Proximus esto tibi; nolle mihi proximus esses;
Curita: vicinos non amo, Feiste, malos,

71 Pseudo-ecclesia.

Se sponsam Domini que non ecclesia jaicit;
Pars tamen istarum quanta merceti cuius?
Si non mentitur sibi Pseudo-ecclesia plures
Uxores Christi quam Salomonis erunt.

72 In Decianum.

Mundus, sis, malus est; cuni si-tamen unus es-
rum,
Quorum opera mundus sit, Deciane, malus.

73 In

73 *In Dindymum.***B**Acculaure us es, vetita jam Macchus in arte,
Dindyme; cum fueris Leno, Magister eris.74 *Ad G. T. 1606.***S**ervi discipulus cum sis dominusque magistri,
Felix es dominus, discipulusque miser.75 *Ragion di Stato.***R**egnum Juris erat recti respublica quondam
At nunc jus regni regnat ubique novum.76 *In quendam crucigerum.**Hypocritam.***E**sse crucifixi iuratus creditur hostis
Belzebub, & visæ vertere terga cruci,
Non tamen iste crucem fugit impius Angelus oni-

nem;

Et tibi nam * Crux in pectore, corde Satan.

* La Crux en los pechos.
Y el Diablo en los hechos.77 *Christi vita & mors.***M**ulta tulit pro me Christus fecitque: probavit
Perpetiendo hominem se; faciendo Deum.78 *Stella Magorum.***S**Tella Mathematicis incognita, duxit euntes
Ad Christum magnos ex Oriente Magos,
Invenere Magi Dominum duce fidere fido;
Ad Christum ducat me, mea stella, Fides.79 *Vitulus aureus à Mose confractus.*
*Exod. c. 32. v. 10.***Q**uem sacer ex auro vitulum confлавit Aaron,
Non sihis in magnum crescere Mosche bo-
vem.80 *Triumviri.***I**mmodicus Medicus, Legista que vivit ut ex-lex:
Quid sunt Theologii? nil nulli Theologo.81 *Ad*

81 *Ad Historiographum.*

Liber in historia loqueris? nocet esse locutum:
Admises falsi nil? tacuisse nocet.
Dissimulans simulanque sibi que per omnia dispar:
Qui volet historiam scribere, servus erit.

82 *De diluvio & fine mundi.*

Lascivi propter peccata pudenda caloris,
Improbis in gelida mergitur orbis aqua.
Peccatum propter gelidum frigentis Amoris,
Restat, ut hunc mundum devoret ignis edax.
Per sua sic morbos medici contraria curant:
Algor iners flammis vincitur, Ardor aquis.

83 *Debitor & Creditor.*

Nihil Euangelicum tibi debeo praeter Amorem:
Præter Apostolicam nihil tibi credo Fidem.

84 *De Deo & Diabolo.*

Nullum vult salvum fieri Dæmon; Deus omnes.
Personæ acceptor nullus Ille, nec hic.

85 *De bono & malo.*

Pœna malum post fata manet, sua præmia jū-
sum,
Alter quod sperat, quod timet, alter habet.

86 *Fac simile. Ad Actalum.*

I. C.

Actale, sacra pix miscenda Theorica Praxi.
Sanctorum vitas perlege: Fac simile.

87 *Redemptor.*

TE sine nil video, sapio nil? Tu meus es Sol
Solus, Tu meus es Sal, mea sola Salus.

88 *Methodus pecuniaria.*

Magna quidem virtus nummis est posse potiri
Sciœ uti, major, maxima, velle trui.

S

89 Iz

89

In scriptores huius seculi.

Scribendi faruos renet insanabilis error:
Sat sibi, si quod non sunt videantur, habens
Dum temere sibi quicunque placet, mortalia scribit:
Raro placent affis, qui placuere sibi.

90

Paradoxon.

Descendarat tristem licet Athene omnis in Oceum,
Nullus in inferno est Atheus, ante fuit.

91

In Gaurom.

Laudas Gaure nihil, reprehendis cuncta: video
Ne placeas nulli, dum tibi nemo placet.

92

Ad scipium.

Scire velis Odoëne, quotus tibi restet amicus?
Pondere non numero discute, certus eris.
Calculus & digitus numerantem sape fecellit;
Sit licet ignis, habet non leve pondus Amor.

93

Regis & tyranni disserimen.

Quid ius sit, Rex, atque pluri, considerat aquilus:
Quid iussit, memor: in mente tyrannus habet.

Jussa boni Regis precibus prepono tyrannus:
Cum roget iste, jubet; cum jubet ille, roget.

94

In quandam.

Stultorum sedem nebulonum Regia Brid-wel.
Ufiam harum mavis, ingrediare, licet.

95

Mater Ecclesie.

Vos estis Christi fratres, ego sponsa salutor,
Fratris sum vobis: cui vocor ergo patens.

96

De seibz.

Sensus quinque homini veteres tribuere Sophistes,
Tres animas: Animos quis numerare potest?

974 Virg

Vita in sanguine.

Cunctorum posuit Moses in sanguine vitam
Legiter: In Christi sanguine pono meam.

98 Ad Thomam, Baronem de Ellensiner, Anglia
Cancellarium, consolatio de obitu Mariae;
vix unica filia, optimas famina,
1612.

Quis dubitat, Nestor quis plurima, Nestore plura
Fleverit annos funera Mathusalem?
Nemo diu vivit, videat quin crebita suorum
Funera: Felices tristia multa videant.
Crebra ruga, doleo, videoas quod funera prolix;
Gaudeo, quod funus non vider illa tuum.

99 *In scriptorem inceptum.*
Scipio si xternos, si fas mihi dicere, libros a
Fine caream libri principioque tui.

100 Ad tres Maeenates, Eduardum Noell,
Guilielmum Sibley, & Regem
rum Osen.

Certatis, semperque precor certate vicissim,
Maeenias verstrum te mihi summis uer.
Hanc item inter vos (Item sine lito) fovebo:
Nec vinci quemquam, vincere quemque sinam;
Non dedit haec vobis pia concordatio daminura;
Cessit ac in nostrum Lis generosa lucrus.

101 *In obitum Henrici Princis,* 1612.

Mortuus est flendus lacrymarum flumine Princeps,
Spes Britonum, Patris gloria, Matri honor.
Cui fratrem præter germanum, nemo secundus,
Præter germanum, nemo secunda fuit.
Vivus honoratur Princeps; extintus amatur,
Gentis Honor & Amor dum fuit Ille, fuit.
Haec ego dum madidis mecum meditarer ocellis,
Salis mihi è gemino guttula fonte fluit,
Non ignare malo Lector, mihi credito, sicut
Sermonis cogor rumpere fila; Fleo.

204 LIBER TERTIUS,

102 *Ad ejusdem Maner.*

TU mihi curasti numeranda stipendia nuper
Annua; sublatum est hoc mihi morte tua.
Hac vellem te lege tamen superesse Britannis,
Adderer ut rebus nil tua vita meis.
Nil prodesse potes mihi nunc; Tibi nil ego: gratum
Quis tamen in cineres me vetat esse Tuos;

103 *Ad cundem.*

TU* mihi Cæsar eris, nuper tibi carmine dixi:
Heu mihi dicendum nunc, mihi Cæsar eras.
* Epigr. I. lib. I. ad E. Noël.

FINIS TERTII LIBRL



APPENDIX.

EPIGRAMMATUM JOANNIS OWENI.

Virtus.

Präter virtutem nihil immortale tenemus;
Mens manet & Virtus: Cætera mortis erunt.

Fides Christiana.

O Mnia nostra fides pendet ab historia.

Regula vita.

Esto multorum , soli tibi notus amicus ;
Et quod vis alios ipse filere , file.

De modo faciendi lapidem Philosoph.

Nescio, vel, si forte scio, me nescio scire :
Quod scio, Socratice me scio scire N I HIL.

De Rosa.

Quo nares perfundat , habet Rosa suavis odo-
rem:

Quo coniectantem pungat , acumen habet,

6 Ad Effigiem Dn. Thoma Eggerton, Bara-
nis de Ellesmer, Anglie
Cancellarii.

Virtutis quicunque oculo vis cernere formam,
Ecce tibi Virtus hujus in ore Viri :
Libertas quamquam pictoribus atque Poëtis
Audendi semper quidibet æqua fuit :
Carmine mentitum nihil hoc liquet esse Poëtam,
Mentitus nihil est Pictor in arte sua.

De Jof. Sealigeri discessu ex Gallia.

Absentem nunc Gallia Te desiderat unum ;
Dum tua Te tenuit Gallia , nullus eras.

S. 3

8 Ad



8 *Ad Jacobum Fetzorum. I. C. Pannicum.*

Fluxarum contemtor opum, cupidusque videndi
Veta pér omne solum, mira pér omne salutem,
Impiger extreum currens **FETZERUS** ad
axem,
Perterram aternas & mare querit opes.

9 *Ad Joachim. Morfium.*
MORS JUS
Non habet in te.

IN libro, Joachime, tuo mea nomina scripsi;
Dignus es in libro nomen habere meo.

10 *De Thoma Farnabio, commentatore Senecae*
Tragedi, ad Lectorem.

Qui tantum modò leitus erat lectissimus autor,
Nunc intellectus, non modò leitus erit.
Suspensus Seneca re littera nulla tenebit,
Farnabii dum te spiritus intus agit.

11 *De Thoma Pantelchmano.*

Gallinas pingues, perdices, & phasianos
Divitibus militis, pauperibusque nihil.
Mittere personis vis convenientia cuique,
Mitte cibos miseris, divitibusque famem.

12 *In Gulonem quondam.*

Hausisti quot ferre tuus quis pocula venter,
Pocula non ledunt paucula, multa nocent.

13 *Nobilitas cuiusdam Hugo.*

Cum sis vir nihili, vis nobilis, Hugo, videris;
O Hugo nugo; nobis es nebulos.

14 *Onus ebrii.*

Per varios haustus, & per tot pocula Bacchi
Tendimus in lotum.

15 *Jocus Dn. Oseeni.*

Jovenis oritur, conjugatus moritur,
Viduus resurgit, Phœnix alter.

Ad

Nivovi
Cenci
Clebes
Sivieus

16 Morab

Hoceni
Quod

Ultimus he
Non tam

Ad Mu

Plauti qu
Uxore

At Marinus

Ipsi lice

18

TU due

Tu

19

Enfore

Uxore

Conjuge, in

Primo lice

Alego malo

No bene

Scribi frustis

Latibi mag

A P P E N D I X .

Ad hunc ita allusit Paul. Stocmannus.

IN vivo vitam , mortem , redivivaque membra
Cernere si cuplas ; hoc Epigramma legas ,
Cælebs es i vivis : moreris sociate : refurgis ,
Si viduus. MORSIO cautus O WENUS ait.

16 Morabantur solum in diversorio Londini Iac. Fetzerus ,
Joach. Morsius , & Matthias Leijus , Ad hos
eum viseret Ouenus , præfentie
eius ita gratulatur
Fetzerus.

HOc erat in fatis , at num ine fata reguntur ,
Quod nos conjuncti eres in amore sumus .

Cui responsum ab Oveno.

Ultimus hoc veni : ter tres heic ante fuistis .
Non tamets ad Musas venit Apollo novem .

Fetzerus iterum :

Ad Musas gratus venit Apollo novem .

17 Owiensi de cælibatu suo .

Ipso mihi quamvis uxor sapientia detur ,
Uxorem nolo ducere , mundus ait .
At Martinus ait ; sine conjugè vivere nolo ,
Ipsa licet coniux sit mihi stultitia .

18 *Ad M. L.*

TU duc stultiam ; mihi sit sapientia coniux ;
Tu regito uxorem ; Me mea nupta regat .

19 *Imitatio hujus Epigrammatis .*

ET si forte mihi sapientia nubere velleret ,
Uxorem nollem ducere , mundus ait .
Coniuge , stultus ait , non vellem sponte care re ,
Præsto licet coniux sit mihi stultitia .
Ait ego malo meis , quam istorum sensibus uti ;
Non bene mundus ait : non bene stultus ait .
Sit tibi stultitia , ait mihi sit sapientia coniux :
Illa tibi magis , hæc sed mihi nupta placet ,

M. MATTHIAS LEIJUS

Arvillarense.

S 4

Noßl.

Nobilissimi

D. JOACH. MORSII

E P I S T O L A

Ad V. Cl.

D. OWENUM, &c;

Celeberrime Domine OWENE, fautor
et amice pl. observande,

Cum in Britanniam Vestram abeat nobilis et
praeclarus Vir, GOTERIDUS HEGENI-
TIUS noster, charissimum Phœbo et Musis ca-
put, committendum mibi non putavi, quin ad te
scriberem, memoriamque tibi suavissimæ illius con-
versationis recentarem, qua me et JACOBUM
FETZERUM, Patritium Noricum, annis ali-
quot retro, saepius apud vos beasti. Nunquam sin-
gularis tua pietas, eruditio incomparabilis, ac vir-
tutes eximiae effluere ex animis nostris possunt:
quarum nos nullibi non apud optimum quemque
præcones grati vivimus.

Certe nulla dies elapsa, quod non cum praesen-
tium exhibitore amicissimo (quamdiu Hamburgi
commemoratus fuit) sermones honorificos de te ba-
buerim: vel potius in deprædicatione immortalium
tuorum laudum cum eo non certarim. Si quis enim
in Germania, qui nobiscum Te summopere admir-
atur, et justo astinio ob divinas ingenii tui cœle-
stis dotes colit, hic ipius est: quem aeternum tua
præstantie obligaris, si ejus fidei et amori concre-
des

des nova quedam inedita tua Epigrammata, The
spiadum in ade locanda. Quod ut facias, cumque
benevolentia & familiaritate digneris, non solum-
modo ego cum illo ; sed & melior pars cordis nostræ
FETZERUS, post longinquam peregrinationem
suam, per omnes prope totius terrarum orbis plagas
in patriam redux (ubi jam consiliarii & legati me-
nere fungitur,) unicū nobiscum te obtestatur.

Nihil enim aureis tuis versiculis venustius, ner-
vosius, argutius, & doctius uspiam reperitur. Non
tantum provocasti omnem ubique Antiquitatem
verum & longe lateque illam in specimino hactenus
publicatorum superasti, in quo nihil vastum, inane,
turgidum ; nihil dissolutum, exsangue, vel spinosum,
atque abhorrens à noto genere & modo loquen-
di : sed cuncta pressa, apta, pudica, perspicua &
seitè conspersa salibus, jocis, lepore, ac naturali
sua pulchritudine exsurgentia, exsistens : sic ut iis
nihil addi, nihil deminqueat. Vale decus seculi no-
stræ, & mox erit tuo affectu ornata, in ejusque te-
stimoniis me aliquando politissimis tuis literis
& carminibus invise. Dabam cursim Hamburgi,
anno aera Christianæ M DC XXXVII, exente Junio.

Subitaneis inclusi hisce ex Epigrammatibus
D. HEGENITI, quod superioribus diebus
in honorem vestrum scriptum mecum communi-
cavit. Peto ut illud cum meis extemporaneis &
inconciannis, tua humanitas egregia benigno vul-
tu excipiat,

G. HE-

EST INSTITUTAT

G. HEGENITII

In Laudem

ARTIALIS

BRITANNICI

EPIGRAMMATION.

Vulgus opinatur, sat laudis habere Poëtam,
 Qui sciat immensis fundere metra logis.
 Ecquid O W E N E putas? Tua quod M E L E T E
 MAT A filo
 Sint contexta brevi, laus erit inde levis?
 Non puto. Namque tua sophos in brevitate nite-
 scit,
 Nec labor iste levis, taliter esse breveri.

ALIUD.

Nescio cuius.

Quantum Bilbilico debet sua patria vati,
 Tantum pñè Tibi patria debet humus.
 Nemo Tibi arguto, facilí, puroque, breveque
 Scribere par poterit tale Epigramma stylo.

Sed explicit elogium O W E N I; Elegis mage
 & inferis memoriam defuncti fas esset prosequi.
 Nam ille nobis heu pro novem Musis, novem has
 litterulas ultima voluntate reliquit, S E Q U I-
 M I N I

Imò habe, Lector, & cogita, nos ordine
 quem Deus ac Natura jusserrit, cunctos secura-
 vos.

TANTUM EST.

Sup.

 CUm
 quin
 wè tefla
 FRID
 tam, qu
 st prim
 rato ben
 manu pr
 fidus of
 in que
 quantu
 magnoru
 in anilie
 nur, di
 n/a prob
 eration
 aliquam
 omittim
 Lugd. B
 An. 16
 J. Jan

Supplendæ chartæ hæc adjicere
vñsum fuit.

Cum virtutis suis debeatris honos; quem, invito
quolibet, ipsa sibi vindicare potest, lubentissi-
mè testatus sum, ac teſtor, Virum egregium, G O T-
FRIDUM HEGENITIUM, I. V. Candida-
tum, quemadmodum in aliis Academiis ita vixit,
ne primorum celeberrimorumque hujns aetatis viro-
rum benevolentiam amoremque, quod in rebus hu-
manis primum est, sibi conciliaret, eundemque af-
fidus officiis meritisque tueretur, ita in hac nostra,
in quâ aliquandiu versatus est, ita segeſſisse, ne
quantum vel in aliis profecerit, vel ex hominum
magnorum amicitia ad virtutem lucrificerit, vel
in aulis Principum, in quibus versatum intelligi-
mus, didicerit ac obſervavit, quotidie re ipsa atque
uſu probet, iba ut cum morum probitate, tum verò
eruditioне, atque in primis Juris Utriusque, in quâ
aliquamdiu, etiam publice, se exercuit, peritidæ
omnibus se approbarit.

Lugd. Bat.
An. 1629.
3. Jan.

DANIEL HEINSIUS.

F I N I S.

magister 43. pag
magister anno. 139.

44636
469

